BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLV
F
24
NAPOLI

XLV
7
24

R.P.F. GABR. BUCELINI

GERMANIÆ TOPO-CHRONO-STEMMATOGRAPHICÆ SACRÆ ET PROFANÆ

PARS QUARTA,

Sive TRIUM PRIORUM PARTIUM

AUCTARIUM.

PARS QVARTA,

GERMANIÆ TOPO-CHRONO-STEMMATOGRAPHICÆ, SACRÆ ET PROFANÆ,

IN QVA

Brevi admodum, curioso atque utili compendio, quæ Tomis prioribus desiderari poterant, distinctius & correctius proponuntur.

NOBILITATIS,

INPRIMIS

Superæ Inferæq; Germaniæ incomparabilis splendor & probatissima per conjugia Genere digna, integritas & puritas, diversisimis cùm Stemmatum Designationibus, tùm requisitis pro dignitate Metropolitanarum, Cathedralium Ecclesiarum,

Et Equestrium Ordinum, juxta Henrici I. Imp. Aug. laudatissima, totque continuata saculis, Statuta, Majorum Probationibus,

Pulcherrimo & memorabili ad omnem æternitatem monimento commendatur & celebratur.

Cum adjuncto

Modernæ Aulæ Cæsareæ LEOPOLDI I. IMP. AUG. Ministrorum Catalogo.

OPERA ET STUDIO

R. P. F. GABRIELIS BUCELINI, Ascetæ Theologi Imperialis Monasterii VVeingarttensis Ord. S. P. N. BENEDICTI, Prioris S. Joan. Bapt. in oppido Rhetiæ Superæ Veldkirchensi.

Cum Licentia & Facultate Superiorum.

M. DC. LXXVIII.

ULMÆ,

Sumptibus Christiani Balthasaris Kühnen/ Bibliopolæ Ulmensis.

Eſt quippe aliquid, magnis clarisque â longo tempore cenſeri Majorum, imaginibus. Sed ita talibus te ſemper oſtendes virtutibus, qualibus iſti Claritatem partam ad poſteros transmiſerunt; Ne Nobilitas â Majoribus cœpta in te deſinat *Seneca.*

Sapientes non abſcondunt Patres ſuos.

Gloria Filiorum, Patres eorum, *Proverb.* 17.

Nihil laudabilius, quam defunctorum merita laudibus extollere, Eſt adhuc curæ hominibus fides & officium: Sunt qui defunctorum quoq; amicos agunt. Plinius lib. 1. Epiſt. 9.

De mortuo frequenter loquere, & memoriam ejus, quantum potes, celebra. *Seneca. Epiſt.* 99.

Mors odio, aut gratiæ eximit, ſuum cuique decus, poſteritas rependit. Tacitus.

CELSISSIMO, ILLVSTRISSIMO ATQVE REVERENDISSIMO SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPI AC DOMINO,

DN. CAROLO,

Dei Gratia Episcopo & Duci Olomucensi, Regiæ Capellæ Bohemiæ Antistiti, Comiti de Liechtenstein, &c.

PRINCIPI AC DN. DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

TVo Teipsum signas & insignis Nomine Princeps Celsissime & Reverendissime, quin & cognomine Caroli & Liechtensteinii *illo* Clarus *isto* Illuster, *utroq; Illustrissimus, mirabili prorsus utriusq; convenientia, harmonia & concordia Romanæ & Germanæ nomenclaturæ & quidem reapse comprobatissimæ: Ut Patronum huic Operi meo circumspiciens in amplissimi Germanici Imperii corona, tantoq; gemmarum ejusdem contextu splendoris quamprimum Tui, luce non indigentis aliena, uti nec mea seu cujusquam celebratione, percellerer non minimum ac dein totus raperer, in tanta inprimis temporum obscuritate non iniquus æstimator & arbiter,* Carbunculum *illico agnoscens, qui unus sua præ aliis omnibus proprietate longè lateq; tenebras vinceret, & verè* Liechtensteinium *se comprobaret suis splendoribus tantopere illustrans* Moraviam *ut revera* Miraviam *redderet, non vicinis solum Provinciis & Regnis Bohemiæ Ungariæ Silesiæ & Poloniæ sua felicitate & claritate visam admirabilem, sed semetipsam in tanta rerum in melius Tuis auspiciis conversione admirantem & vix semet agnoscentem dum in Principis Sui intenta* Sapientiam omnia sibi pariter obvenisse bona *animadverteret, & terram cæteroquin uberem conversam omnino in* Hortum Voluptatis *intueretur. Et quæ non consurgere tanti sui Principis monimenta aspicit Moravia, cujusmodi nulla unquam sui olim Reges, etsi Bohemiæ juxta Silesiæ & Poloniæ imperio tumidi, moliri ausi, obstupescerent toti, si redivivi ex suis resuscitati pulveribus, structiones revera Basilicas & verè Regias aspicerent, gratulaturi tanto post Moravis suus de tanta tanti Principis dexteritate, quam merito grata mente re-*

cognoscant Universi, cum de facto non minus videatur & reapse sit, quam Regem esse, majora Regibus præstitisse. Præstitisti Princeps verè Celsissime, verè Illustrissime, & Reges Moraviæ Veteres non solum longè exuperans, sed Pontificum Antecessorum omnium gloriam omnem unus, & merita exæquans, successoribus insuper Tuis, talia præparasti industriæ Tuæ monimenta, ut immortaliter demerueris universos, sacra profana, privata publica, verè Regia omnia verè Basilica, relicturus illis, ut Olomucensis deinceps Cathedra, sua abs Te luce accepta longè illustrissima, nulli Germaniæ, etsi potentia, splendore tamen cessura videatur & felicitate. Certè ut Carolus, *sic* Clarus, *sic* Carus, *sic* Cor, *sic* Laus *Olomucii Tui es, sic* Sal, *sic* Sol, *Moraviæ, & Miraviæ Tuæ es, nec tam nomine hæc refers omnia anagrammaticos, quam ipsa confers incomparabili Tuæ dexteritate, cujus si neq; calamus, neq; lingua ulla deprædicaret magnificentiam, sexcenta tamen operum Tuorum magnalia, ipsa saxa & marmora loquerentur. Imo disertissimè loquentur, & conspicuo ipsa magnitudine charactere toti Imperio & Europæ universæ contestabuntur. Te vero ipsum non Principem solum & Pontificem omnibus numeris absolutissimum, sed* Ducem, *qualem Israelitis ad terram Promissionis instar Columnæ igneæ* Lucem *merito sequitur, & incredibili studio prosequitur commendatarum Tibi à supremo Numine ovium Grex felicissimus, caliginosissimo hoc ævo & turbatissimo imperturbatus, & ductu Tuo ubivis beatus, dum quocunq; Te verteris ubicunq; diverteris, non aliter atq;* Sol *propriis Zodiaci diverticulis, Tuis ubivis splendoribus præventus excipiaris: Ut proin crediti Tibi clientes universi, concordibus ut votis sic ardentissimis studiis una mecum, Vitæ, etiam in terris apprecentur perennitatem! quo superstite nec ipsa quidem nocte possit ipsis lumen deficere & debeat beatitas perennare. Vive ergo Protoparentis sed felicioorem, Patriarcharum Sanctissimorum ætatem & perge mereri inter mortales non solum Nominis, quam jàm fundasti, sed & Vitæ cum hâc tandem mutandæ jucundissimam immortalitatem.*

Ill.mæ Cels. Tuæ

Perenni devotione Cliens

P. F. Gabriel Bucelinus.

AD LE-

LECTORI BENEVOLO SALUTEM.

VEtuſtiſſimos Sanctiſſimosq; cùm Veteris, tùm Novæ Legis Scriptores Moyſen, Matthæum aliosq; ſequuti, quas illi Geneſes primo dedere loco, nos tertio damus tanquam Hiſtoriæ ſervituras, non vanitati ſive gloriæ inanis ambitioni, ad commendationem tamen Pattiæ ſingularem, quæ hàc ex parte ſingularis, Veteri Regum ſuorum & Cæſarum inſtituto Nobilitati ſuæ ſumma ſemper induſtriæ cavit multisq; Legum articulis præſtitit ne quâ labecula, ſive ſeducti ſola corporis venuſtate animi, ſive turpis avaritiæ ſtudio, ſive alio quocunque nævo, delicatiſſima Nobilitatis integritas violaretur, atq; in delectu conjugii utile honeſto præponeretur. Conciliavit haud minimum Gratiæ & Gloriæ cautela hæc tanta & puritas Germaniæ apud exteras Nationes, Numini ipſi cœlisq; tantopere comprobata, ut quam Romani Veteres inter Barbaras computaverant Romani deinceps imperaret, eorumque faſces & ſceptra ſummumque in terris Imperium mereretur: Suſtulit omnes Barbariei notas Germanæ Nobilitatis integritas inhumanitatem, inhoſpitalitatem, cædes, rapinas adulteria, cæteris Nationibus adeo frequentia, ut penè in naturam tanta vertiſſe ſcelera viderentur; quæ apud Germanos abominanda ſunt, & vix audita niſi exterarum Gentium uſu & conſuetudine introducta. Quæ proinde me ſingularis Germaniæ Gloria impulit ad hanc ipſam toti Europæ ejus exemplo commendandam, quod merito ſuo in theatrum & Sceniam Orbis univerſi adducendos crederem, qui tanto decurſu ſæculorum exemplaria ſeſe tantæ puritatis & intemeratæ Nobilitatis exhibuiſſent tantumque decus patriæ conſervantes ad ſeros poſteros transmiſiſſent eo ipſo admonitos cautè & caſtè ſemper agere, ſuisque ſimiliter poſteris Nobilitatem incorruptam in theſaurum recondere conſequendarum & Equeſtris & Eccleſiaſtici Ordinis Dignitatum, à quibus merito qui ſtatus ſui rationem non habuiſſent excluderentur. Miſerti proinde periclitantis ob temporum injurias tantæ Germanorum Gloriæ, dum præſtantiſſima quævis Patriæ monimenta in cineres collabi & rudera ſpectaremus, & otiginis atq; probationum defectu plurimos deinceps etſi integerrimæ & impolluiſſimæ Nobilitatis Viros, tantis ſubſidiis deſtitutos, nulla ſua culpa ad incitas redactos; ipſius quoq; ad magnas ſæpe hæreditates ſuæ, ex jure ſanguinis, ſucceſſionis planè ignaros, tantis proventibus carituros plurimum doleremus, juſtiſſimis multorum querelis, & ſæpe etiam ardentibus commoti lachrymis Religioni nobis duximus, niſi providæ hoc pietatis opus in nos ſuſciperemus, & tantas penè innumerabilium in hoc ſeculi præcipitio periclitantium calamitates anteverteremus, adeoq; quantum præripere flammis, quantum eruderare è ruinis liceret ſequutiræ multorum perniciosiſſimæ ignorantiæ & indigentiæ conaremur conquirere, & in eorum uſus reſervate; ipſius quoque Hiſtoriæ integritati plurimum conſulturi, quæ perſonarum non minus quam locorum & rerum cognitione & commemoratione ſpectabilis redderetur. Certè conſulere non minus honori omnium quam utilitati conati ſumus, etſi omnibus omnino ſatisfacere non poſſemus, ea inprimis accuratius exhibentes quæ ipſi ex ipſismet inſtrumentis & documentis ſolidioribus exſcribere potuimus, cætera optima intentione & eâ qua acceptimus fide, ab illis, de quorum ſyncetitate dubitare non poteramus, & multis plurimum conductura omnique poſteritati ſummo plauſui futura & uſui videbantur. Multi omnino profeſsi ſunt etiam peregrè ſibi magna beneficia obveniſſe, dum ſua & nomina & ſucceſsio, in paginis hiſce legeretur, ne dicamus quidquam de aliis, quibus ad magna fortunæ incrementa tales tabulæ profuere. Dedimus autem illas Alphabetico ordine, ne quacunq; alia poſitione lis inter familias ſive de præſtantia, ſive de præcedentia oriretur, quam ipſam ob cauſam Patricias etiam ſubinde familias admiſcuimus, ne Principes & Comites, cum equeſtribus ſe comixtos quererentur Docet cujusq; præ alia antiquitatem & præeminentiam ipſa Geneſeos deſignatio, conjugiorum puritas & paritas, conveniensq; Generi munus & Majorum probatio; Equeſtrium dein Ludorum aliorumque Nobilitatis Catalogorum prioribus hujus operis Tomis exhibitio, ut nemo rationabiliter conqueri poſſit, cujus vel ſola parentum nomina tante Nobilitatis corpori adſcripta celebrentur, cum hoc ipſo ab Exteris (Prærogativas Teutonicæ Nobilitatis tantopere mirantibus & æſtimantibus,)

bus,) non poſsit non magnifieri, ut ſexcenta alia commoda taceamus, quæ in electione conjugiorum, caſtè atq; utiliter æſtimandorum, ſpe quoque & jure hæreditatis adeundæ adeo ſpectabiliter ère cujusq; exhibentur; Ut has merito tabulas omnes cum ipſis familiis, imo omnem Sanguinis Teutonici relationem Illi qui proprium Redemptioni omnium impendit Sanguinem offeramus & conſecremus Illum & animo & ſanguine Nobiliſſimum deprædicantes qui *SANGUINI SANGUINEM* reddere geſtiens Zelo accenſus Religionis illum pro Chriſto effundere non dubitet, contra communem Chriſtiani nominis & Eccleſiæ hoſtes Generoſitatem ſuam illi commendando, qui conſanguineus noſter factus eſt, non ſolum humani corporis aſſumtione, ſed ipſa Sacroſanctæ carnis & ſanguinis in refectionem impertitione. Cui Laus ſit & Gloria ex omni Germani pectoris Sanguinis & animi ſynceritate in omni Sæculorum perennitate, Amen.

Ad Admodum Reverendum & Perilluſtrem

Dn. AUCTOREM Germaniæ ſuæ Topo-Chrono-Stemmatographicæ PARTEM QUARTAM typis vulgaturum.

NOn tantum Patriam, ſed PARTES QUATUOR *Orbis*
Prima tui implevit pars ſatis una libri.
Te reliquæ impleto vexêre in Sydera Mundo.
Quarta, quid ulterius? Te ſuper iſta vehet.
Num ſacer ille tuo currus BUCELINE triumpho
Cum rota prodibit QUARTA, *paratus erit,*
Mox igitur tua Fama illo ſuper aſtra feretur
Fata ſed hûc Ipſum Te niſi ſero ferant.
Annuite ô Superi! ſic PARS *non ultima* QUARTA, *aut*
QUINTA, *ſed ad Sextam* SEPTIMA *claudet Opus,*

Sic ſperat & vovet

Franciſcus S. R. I. Liber Baro
de Neſſelrode in Trachenberg
Sileſiæ.

GERMA-

GERMANIÆ TOPOGRAPHICÆ AUCTARIUM

AUCTORE

R. P. F. GABRIELE BUCELINO.

Exigit ipſa ratio Operis, ut quæ Tomis Prioribus, necdum perfectè inſerere potuimus, donec penitius cognoſceremus. Ita Tomo I. dum Topographiam Germaniæ daremus, Marchia Badenſis amplitudinem tot ditionibus interfuſam, diſtinctius deſcribere non poteramus, cognitione modo Sereniſſimorum Principum ipſorummet informatione accepta, deſcriptionem huic Auctario ſive parti Operis IV. reſervavimus & nunc damus:

MARCHIA BADENSIS.

MArchia Badenſis veterum Teſtoſagum, Virtinguorum & Viſporum ſedes fuit ad dextram Rheni oram: Termini ſunt (quorum determinatione tamen illuſtribus prætenſionibus inclytæ Domus Badenſis nihil detractum volo) ad Septentrionem ager Nemetum & eorum Metropolis Ruſiniana quam Spiram interpretantur ſic dictam à pago quem Rudigerus Epiſcopus Anno 1083. mœnibus incluſit; Meridiem verſus in Helvetiam uſque ſe extendit litigioſis aliquot domus Auſtriacæ poſſeſſionibus & Epiſcopatus Argentinenſis interjectis dominiis. Cætera ad occaſum Rheno, Exigua enim terræ pars trans Rhenum remanſit: Ad orientem verò olim Nicro ounc fluvio Entz terminantur, cunctis ſcilicet inter Nicrum & Entz jacentibus terris domui Würtenbergicæ vel per matrimonia dotis loco vel venditione ceſſis. Patet in longitudinem milliaria germanica 24. latitudo non parum decrementi paſſa, inter ortum & occaſum eſt Milliarium germanicorum ſeptem: Vicinos habet hos Principes Archiducem Auſtriæ, Electorem Palatinum Rheni, Ducem Würtenbergiæ, Epiſcopum Argentinenſem: Ex adverſa Rheni Ripa Regem Galliæ utpote Alſatiæ Dominum & Epiſcopum Spirenſem. Situs eſt talis ut vix poſſit eſſe nobilior; poſitus enim eſt veluti in mediterraneo Europæ, Cœlo vel maximè ſalubri benigno & réperato eum ambiente, planitiem ita circumſident Nemoroſi colles ut hinc peſtilenti Auſtro, illinc Tempeſtuoſo Zephyro Excluſo, tantum ſerenantem Eurum & Aquilonem corruptionis vindicem admittant. Hæc autem univerſa Regio, quæ juxta tabulam noſtram Geographicam Marchionatus, Ducatus, Landgraviatum, Comitatus & plures Dynaſtias complectitur, antequam faciem & dotes ejus cum miranda ſubterranea indole contemplemur qua ratione ad modernas ſereniſſimas Marchiones devoluta ſit operæ pretium eſt cognoſcere. Hermannus hujus nominis inter Badenſes I. inter Duces Zeringios II. Hermanni Marchionis & Ducis Zeringenſis Beatæ memoriæ filius, Berchtoldi I. Carinthiorum & Zeringiæ Ducis Nepos, Berchtoldi II. Zeringiæ & Alemanniæ ſeu Sueviæ Ducis fratruelis, Ducum Berchtoldi III. & Conradi Patruelis, qui Hochbergenſem Marchionatum cum non pœnitenda Briſiacæ ditionis parte ex avita hæreditate tenens, dum Limburgum Briſiacæ arcem inhabitaret vulgò Marchio de Limburg vel à domo patria Marchio vel Dux de Zeringen, ſrequentius autem præſertim in actis publicis, ac Cæſarum diplomatis, Marchio nullo alio titulo addito appellatus, in conſortem thori duxit Judithan filiam Berchtoldi Comitis de Hohenburg, quæ non ſolum locũ ſhermarum ſeu Badenæ inferioris oppidum, ſed totam iſtam Rheni oram hinc fermè Spiram uſq; protenſam, quæ Marchiæ Badenſis nomine nunc includitur, in dotem illi attulit, ſuum alioqui patrimonium in Brisgavia & Hercinia habenti; Hujus namq; Hermanni ſocer Berchtoldus ex familia fuit illorum opuleotiſſimorum Comitum de Hohenborg totâ Neccergoviâ & Hercinia latè dominantium, qui Horbæ ac Rotenburgi ad Nicrum conditores fines demum ſuos ad Rhenum uſq; protulêre Comitatibus Badenſi de quo in annalibus Heremi Deiparæ ad Annum 1130. & Vorcheimenſi, ubi ab hoc Berchtoldo Comite Monaſterium Gotefowa honorificè conſtructum & fundatum viſitur, ſuis ditionibus adjectis perſpicuè hoc ipſum probat Pontificia Bulla Calixti II. PP. dictam fundationem roborantis & Henrici V. Imp. diploma confirmationis Gotſaugienſis ſitum loci accuratè deſcribens, quod nimirum ſit in Provincia quæ dicitur Teutonica Francia (quod nomen inde a Dagoberti temporibus his terris adhæſit) in pago, id eſt, Regione ſeu diſtrictu Albegowa, vernaculâ linguâ das Albgow ab Alba fluvio regionem interluente, qui etiam Enlingam pertranſit, in Comitatu Vorcheim hodie diceremus Pforzheim. Ad Badenſe igitur oppidum exſtructo in prærupta rupe Caſtro, cujus nunc rudera Badenam veterem appellamus, habitationem ſibi delegiſſe Hermannum,

indeque quod eam ut plurimum incoleret à vulgo primum postea etiam à Primoribus & Cæsaribus Marchionem de Baden appellarum constans est opinio, quem titulum Hermannus III. Judithâ genitus adsumptis quoq; maternis armorũ insignibus maxime celebravit & ad posteros transmisit, dictus etiam postmodũ Marchio de Hochberg, quod postremis saltem vitæ annis in Hochbergensi castro sedẽ haberet uti videre est in Tennebacensi Monasterio ad ingressum peristilii. Hic Hermannus III. primus quoq; fuit qui titulum Marchionis Veronensis usurpare cœpit, unde falsò persuasi sunt, qui Marchiones Badenses ex stirpe Marchionum Veronensium oriundos tradunt, contrarium manifestè cum plurimis probatissimæ fidei Chronographis asserente Guillimanno in Habspurgiacis, cum gubernationis ea denominatio esset nõ originis, Fridericus enim Imperator, everso funditus Mediolano, domitaq; Longobardia & in plures partes divisâ singulis partibus imo penè Urbibus Germaniæ proceres, qui strenuam illi in hisbellis operam navarant præfecisse testantur Italici Scriptores, quo tempore Hermannum Marchionem Veronæ impositum tanquam in beneficium omnino sibi persuasum habet dictus author ast neq; huic neq; aliis quietam obtigisse possessionẽ cerne non dioturnam qui tamen titulis suis accessionem fieri passi sunt, & ad filios transmiserunt jus ut vocant ad rem, hi ad Nepotes, donec istis rei potiundæ spe succisa, sterilia nomina gerere pertæsum est ; Ita Rudolphi I. filius Hermannus VI. solo Badensis Marchionis titulo, omisso Veronensi cum posteris contentus fuit. Sed pretium haud leve existimavit sæpe laudatus Guillimannus in conclusione dissertationis suæ de Badensibus, Nobilissimam hanc familiam ab exterorum injuriis & variis ingeniorum ludibriis vindicasse, tandemq; veluti postliminio antiquæ & avitæ origini & dignitati hoc est sibi restituisse. Cujus infallibile quoque testimonium perhibens præter ipsa documenta quæ in ipsa Marchionum Archivis conservantur antiquissimorum Monasteriorum aliarumque Ecclesiarum fundationes & Monumenta, ut ambigendum ultra non sit quin moderni Marchiones Badenses ex Zeringiis, Zeringii ex Habspurgiis, Habspurgii Comites, Principum tum Austriacorum tum Badensium progenitores non aliunde quam ex Alsatiæ Ducibus, Alsatiæ Duces ex potentissimis in Francorum gente principibus & priscis ejus gentis Regibus (non Menovingis sed Meroveo ipso & Pharamundo ipso longe antiquioribus) paternum genus deducant ; unde Marchiones Badenses inter summates ab annis omnino sexcentis & præcipuos Germaniæ proceres antiquitatis veneratione præfulgens, & jam tum Henrici III. & Conradi I. Impp. temporibus, quoties Comitia vel celebriores ordinum conventus haberi contigit, affuisse Hermannum quendam Marchionis Badensia titulo insignitum & in subsellio Ducum ac Principum consedisse, suffragium tulisse, actis subscripsisse Cæsarea diplomata ipsaque acta publica fidem faciunt. Antiquitati splendorem adhuc insigniorem conciliat parentela nexusq; consanguinitatis proximæ Imperatorum, Regum & Summorum Principum totius Europæ : Hac itaq; ratione Comitatibus Badensi & Vorcheimensi in Marchionatum commutatis Imperatores successu temporis plures alias ditiones, veteribus profapiis extinctis adjecêre, cui præterea partim belli jure, partim Matrimonii vinculo, partim emptionis titulo, Imperiiq; beneficio accessit Landgraviatus Susenburgensis, Comitatus Ebersteinensis & Sponheimensis : Ditiones Novi Castri in Helvetia, Dynastiæ quoq; Rötheleusis, Badenweiler, Lohr, Mahlberg & Gräfensteinensis cum Dominiis in Lutzenburgico Hermanno Fortunato dum viveret loco appavagij assignatis. In his terris præter ditiones Bohemicas quas Marchio Leopoldus Wilhelmus Militiæ Imperialis nuper in Turcas Supremus Dux, tum dotia tum hæredis titulo acquisivit, variæ numerantur præfecturæ quarum administratio nobilis plerumq; concedi solet, Civitates permultæ, præcipuæ sunt, Baden, Durlach, Phortzheimb, Creutznach, Etlingen, Gernsbach, Cuppenheim, Stollhoven, Metropolis est Badena Marchiaca sede Principum nobilis in qua Collis peramœnus assurgit, de cujus radicibus calidarum aquarum perennes isti Thesauri scaturiunt, in ipso colle Palatium amplitudine & operis majestate visendum. Cujus aula primaria ut & cetera conclavia, picturæ & Architecturæ præstantia magnificentissima sunt, in singulis nihil non & admiratione & æstimatione dignum reperies eoque delectabere magis quo instructionem à scientiis & varia eruditione animum attuleris. Occurrunt in his terris plura alia palatia commoda & pulchra Imprimis Durlacense, Phortzheimense, Etlingense & Mahlbergense sed ea omnia suis debitis encomiis in hac charta perstringere quia nimis longum foret brevitatis causa prætereo : muniunt ditiones istas complura fortalitia & Castella, primas habent Stolhoven, Hochberg. Egberg, Rötlen, & Ebertstein quod posterius in Editissima Rupe à natura solertia & situs, opportunitate sic absolutum est ut ipsa amœnitas una cum salubritate eo habitans non aliam sibi sedem delegisse videatur. Pagorum & villarum tanta est numerus ut alter alterum interdum contingat. Neque verò in iis omnes Rustici & Agricolæ, sunt & Mercatorum & artificum varia genera ; Nobiles etiam sparsim interjecti præter Ecclesias Collegiatas quarum prima est Badensis sepulturis Marchionum augusta, & præpositura hodie infulata & Collegia Societatis Jesu, plurima quoque sub marchionum Jurisdictione territoriali diversorum ordinum jacent Monasteria, pleraque ab ipsis fundata, quædam etiam ab aliis, quorum tamen protectionem & advocatiam tenent ; Irrigantur hæ ditiones plurimis iisque præstantissimis & gratiosissimis fluminibus Rheno omnium fluviorum Rege, Entz, Wirmb, Phintz, Alb, Murgh, Wies, Schutter, Osi & Nagulde ; Inter hæc flumina nullum est quod singulari quodam naturæ privilegio non gaudeat, præterquam quod varietate piscium admirabilem ac multitudine quæstuosissimum piscatum reddant, nec minores præbent reditus cætera stagna & lacus. Nemorum, Sylvarum & saltuum ea est felicitas ut venationum delectamenta totius Germaniæ nullibi sint jucundiora. Experiuntur & norunt ista non pauci in Imperio nemorum studiosi principes & Dynastæ qui tempore autumnali à Serenissimis Marchionibus Etlingam invitati in propinquis urbi salubus & nemorosa planitie Dianæ studiis delectantur & venani tam apro-

orum quam Cervorum invigilant; quorum venti clamore iſthoc tempore, dum prurientes marum conſortia ambiunt, omnes undequaque Sylvæ reſonant: Cæteratum ferarum ut & latilium omnisque generis avium quæ aucupiis rätur eum ipſa uberitate hæc terra ſitidè abundat; leo ut, &c. Quæ ex his deliciis haberi ſolent, omnunquam etiam plebeiorum hominum famiaris ſuſcibus, nullibi ſalubrium fructuum, planrum herbatum, Caſtanearum, quarum hic ingræ ſunt ſylvæ, item Nucum, prunorum, glanium provenrus unibor. Paſcua ſunt lætiſſima, nulra pecorum armenta, innumeri ovium capraum ſuumque greges: Neque etiam illaudatos marchionatus generat equos, qui nullos non labores ſuſtinent fortiter, excellentiores autem ſunt qui à Principibus aluntur in Caſtro Rippurg. In ſingulas Marchionum dicones & terras exſpatiari operis brevitati conveniens non eſt, verè cornu copiæ ſunt, & uber non ſolum totius fœcunditatis, ſed etiam quæ proponi interdum ſolet, jucunditatis, voluptatis, pulchritudinis habent; omnis enim terra aut eſt intertexta vineis, aut floruleata pratis, aut diſtincta culturis, aut conſita pomis, aut amœnata lucis, aut irrigata fontibus, aut interfuſa fluminibus, aut Cincta Meſſibus. Experimentum capere qui volet, is Durlaci, Badenæ, Grelringæ, aut in Oppido Steinbacenſi, Bihlenſi, in que ejus confinio terræ Aſſenthalenſis in Montes vetibus veſtitos excorrar & inter perpetuos Vitiferorum Collium anfractus puliſper deambulet. Montes etiam, ſylvæ, lucique Reliquæ telluri emolumento pares, niſi & ſuperiores ſunt, ad neceſſitatis & utilitatis modum, quem focus & opificia & mercatura circumſtibunt ſervientes. Noverunt hoc ii, qui in Comitatu Eberſteinenſi ex ligno mercaturam hactenus exercent; quibus flumen Murgh & Rhenus, quercuum, Aſſerum, aliarumque ex ligno rerum ſine magno impenſarum damno in Hollandiam uſque intervit ſubvectionibus: Nec minor in eandem Hollandiam eſt mercatus Canabis & lini, cujus nulli proventus aut quæſtus uberior quam in marchionatu, imo niſi hic iſta ſuppeditaret, unde Hollandi Equitatus ſuos ligneos, quos tot tantosque emittunt, ſint inſtructuri non video. Metallis non minus prægnans eſt Marchia quam Regiones aliæ & quidem Cupro & ferro maximè, producit etiam ex terræ gremio omnis generis lapides ad ſtructuram idoneos, cum primis pulcherrimorum Marmorum verſicoloribus maculis eximiè diſtinctorum ingentem apparatum: Quin & in Comitatu Sponheimenſi Agathes naſcitur nobiliſſimus lapis, qui mirificè laboratus ad orientales uſque partes tranſvehitur. Compendio qui geſtit interiores hujus patria ſinus & reconditas penetralium virtutes inteeri, it in Marchiæ Badenſis Metropoli tantum ſtupendam ſcaturiginem thermarum tanti caloris, ut nec manu nec pede tentari poſſint, videndi veniam impetret, comprehendit officinam, in qua natura ipſa medicinam facit, & actio ſuæ majeſtatem conteris Hippocratis & Galeni placita quotidie confirmat, ad quam tanquam afflictæ valetudinis perfugium, quod benefica illa parens vix ulli totius Europæ provinciæ ejuſmodi aquarum & Balneorum canalibus tam virtuosè proſpexerit, ex remotis terræ plagis primæ quoque dignitatis viri fœminæque confluunt. Sed inprimis commendat Regionem hanc genius quidam civium & incolarum ad virtutem, conſtantiam, fortitudinem, toleranciam, liberalitatem, prudentiam factorum, ſtatim à crepundiis imbuuntur pietatis ſemine & exercentur ad labores, fortes enim ſunt, laborioſi, induſtrii, artium omnium ſcientiarumque capaces, Bellicoſi & corporum lineamentis conſpicui: Omnes ferè in Mancipio Principis ſunt, Vulgò Leibeigen. Unde cum ſtatus provinciales ignoret, vix ullus hodie Principum in Imperio de majori in ſuos ſubditos poteſtate & authoritate gloriari poteſt. Judicia tamen & tribunalia habet Iæ & IIdæ inſtantiæ, in prima jus dicunt præfecti cum ſcabinis, ab hia verogravati ad judicium ſupremum ſulicum appellant à cujus ſententia lata ex ſpeciali Imperatoris Friderici III. privilegio ulteriores proceſſus denegantur. Feudatarios numerat 130. qui licet ferè omnes immediatæ nobilitatis privilegio gaudeant, quoties tamen neceſſitas exigit, Domino directo præſto ſunt: Diviſa eſt modo inclyta hæc domus in lineam Badenſem & Durlacenſem, in Baden Badenſi hodie clavum Regiminis tenet Marchio Wilhelmus à Bernardo primogenito deſcendens totius principalis domus anchora & conſummatæ prudentiæ Princeps, qui morientis in Germania juſtitiæ ſoſpitator Diſceptationum forenſium in Auguſtiſſimo Impetii dicaſterio, quod Spiræ eſt, ab Imperatore conſtitutus judex, legum juſtitiæ & Reip. cuſtos eſt acerrimus, æquiſſimus. Lineæ verò Durlacenſis caput eſt Marchio Fridericus, qui ex Erneſto dicti Bernardi fratre natuminimo ac lineæ hujus protoplaſte originem deducit; Princeps ſit prudentiæ ſingularis præcipue aurem in experientia militari, ot non ſine cauſa in nupera expeditione Turcica ab Imperii ſtatibus in Conſilii Bellici directorem promotus fuerit. Hæc utriuſque lineæ domus jure primogenituræ & 18. ætatis anno majorennitatis privilegio gaudet, diviſionem terrarum in filias ignorat, ſed pacta habet familiaria, quæ alterius deficiente maſcula prole de mutua ſucceſſione firmata ſunt. Quam bello prorens ſit hæc domus, vel unicum totâ Europâ famoſum Wimpfenſe prælium etiam me reſcente orbem docuit, in quo Marchio Georgius Fridericus belli apparatu vix aliquaodo viſo, Imperatori, Regi Hiſpaniarum Ducique Bavariæ exercitum, oppoſuit 24. Millium & Equitum & peditum quem propriis ſumptibus collegit & longo tempore nutrivit. Plura quidem & majora occurrunt, quæ ad Encomia Sereniſſimæ Domus Badenſis huc trahi merentur. Aſt iovidiam laudemque virtutes ejus longè ſupergrediuntur, ex juſto igitur metu, ne impari prædicandi conatu eas deteram potius quam efferam ex operis ratione terminum pono indignum nihilominus reputans omnino ſiluiſſe.

CERMANIÆ TOPOGRAPHICÆ AUCTARIUM.

CARINTHIÆ GUBERNATORUM ET PRINCIPUM AD AUSTRIÆ USQUE ARCHIDUCUM REGIMEN DEDUCTIO.

QUia in Tomis prioribus pauciſſima de Carinthia dedimus; vix autem tota Germania tanta variatio regiminis aliqs in Carinthia extitit, mutationem regiminis, & ſucceſſionem diverſiſſimarum in eandem Provinciam ex diligentiſſimo ejusdem concinnatore Hieronymo Megiſſero dare, non inutile ducimus.

Primus Carinthiæ Princeps & Dominus quantum indagare licuit Brennus fuit è familia Regum Noſicorum, Sirmi filius, & vita exceſſit anno orbis conditi, juxta Megiſeri opinionem. 3708

2. Theſſalo Breuci filius uxor Teutha Illirici Regina & hæres.
3. Dietho Theſſalonis filius, idem Noricorum & Illirici Rex.
4. Diethmarus Diethonis filius.
5. Baermundus Carinthiæ Princeps.
6. Simpelius, incertum Baermundi an Diethari filius Carinthiæ Princeps.
7. Boygerus Norici Rex, Carinth. Princ.
8. Vocho Rex Norici &c. Princeps Carinthiæ cujus ſoror, fuit uxor Arioviſti Regis. Fuit Vocho amicus Julii Cæſaris, cujus ope Pompeium Cæſar debellavit.
9. Dietho ejus nominis ſecundus.
10. Merbodo filius Diethonis II. ab Auguſto educatus, ultimus Principum Carinthiæ.

PRÆFECTI SEU PRÆSIDES ROMANI CARINTHIÆ.

11. Marcus Claudius Druſus ab Auguſto Carinthiis impoſitus.
12. Lucius Piſo Præſes Carinthiæ.
13. Flavius Fabianus, tertius ex Romanis Norici & Carinthiæ Præſes.
14. Marcus Antonius Præſes quartus.
15. Sevaſtus à Nerone impoſitus A. C. 69.
16. Sextilius Felix à Vitellio miſſus Præſes.
17. Claudius Reſtitus Septimus Præſes.
18. Soſius Senecio, olim Conſul.
19. Tiberius ex urbis Conſule Præſes.
20. Avidius Caſſius Præſes Norici & Carinth.
21. Aufidius Victorinus & Aelius Pertinax.
22. Septimius Severus poſtea Imperator.
23. M. Aurelius Antonius Baſſianus Caracalla.
24. Popilius Macrinus Præſes Carinth. poſt Imp.
25. Varius Heliogabalus Præſes Carinth.
26. M. Aurelius Alexander Severus.
27. M. Julius Philippus, poſtea Imperator.
28. P. Aurelius Licinius Valerianus poſtea Imp.
29. C. Vibius Trebonianus Gallus poſt. Imp.
30. P. Valerius Aurelianus, à Treboniano Gallo conſtituitur Præſes Carinthiæ.
31. Bonoſus Anglus Præſes Noriei & Carinthiæ.
32. Eulaſius Dalmata Præſes Carinthiæ.
33. C. Aquilinus ex v. e. Præſes.
34. Magnentius Præſes Carinth. poſt. Imp.
35. Nevita Patricius Rom. Præſes Norici & Car.
36. Majorianus, ſub quo Suevi potiuntur Carinthia.
37. M. Aurelius Præſes Carinthiæ. Ex ejus familia deſcendit Beatus M. Aurel. Caſſiodorus.
38. Trigetius Græcus Athenienſis ſub quo Carinthia Romanis ſe ſubduxit.
39. Bundo Trigetii cognatus ſub quo Gothi Suevos Carinthia ejiciunt.
40. Paulinus Romanus Præſes Carinthiæ.
41. Theodoricus Gothus ultimus Præſes, Rex Gothorum dictus de Verona.

DUCES CARINTHIÆ.

1. DUx Carinthiæ Theod. Agilo ſingus Bavariæ Princeps, qui Theodorico Regi & Romanis Carinthiam eripuit An. 527.
2. Diethboldus ſive Theobaldus Theodorici filius, anno Chriſti 568. obiit.
3. Thaſſilo filius Theobaldi, ſub quo Longobardi Italiam invadunt & Ciſulphus cognatus Regis Alboini fit Dux I. Forojulienſium 568.
4. Gerboldus filius Thaſſilonis Cacanum Regem Hunnorum bello vincit.
5. Theodo II. Gerboldi filius Dux Carinth.
6. Samos Carinthius contra Boios electus demum cadit contra Theſſalonem II.
7. Baruch à Victore Theſſalone Dux Carinthiæ impoſitus.
8. Caraſtus filius Baruch, Dux Carinth.
9. Chitomarus Caraſti cognatus, ſub quo Carinthia à S. Virgilio & diſcipulis convertitur.
10. Valdungus Chitomari filius [illegible] decedit.
11. Theodo IV. Theſſalonis filius Agidolfingus.

ARCHIDUCES CARINTHIÆ.

1. INguon ſive Ingeuon Francici Regii Sanguinis primus Carinthiæ Archidux à Carolo Magno creatus & confirmatus An. 791.
2. Codolaus Regii Gall. Sanguinis Princeps cui Carolus Magnus etiam Forum Julii ſubjecit.
3. Baldericus Archidux III. à Ludovico Pio Imp. exauctoratur An. 819.
4. Domitianus Archidux Francici ſanguinis.
5. Carolomannus Ludovici Regis Bavar. fil. Rastislaum Moraviæ Ducem ſubjugat.
6. Carinthiæ Archidux Arnulphus poſtea Imperator Auguſtus.
7. Eberhardus Arnulphi filius Archidux Carinthiæ.
8. Bertholdus Eberhardi frater germanus Arnulphi Imp. filius.
9. Conradus I. ex Duce Wormatiæ & Franconiæ Archidux Carinth. Agidolfing.
10. Henricus I. fil. Bertholdi Ducis Bavariæ ab Ottone II. exauctoratur.
11. Otto I. frater Hermanni Ducis Alemanniæ creatur Archidux An. 989.
12. Henricus II. Othonis filius Archidux.
13. Conradus II. Henrici filius.
14. Chono ſive Conradus III. Arch.
15. Guelpho Agidolfingus Dux Bavariæ Archidux Carinthiæ abſque hærede ob.
16. Bertholdus Dux Zäring, Guelphorum cognatus.

17. Mar-

17. Marquardus Comes de Murzblat, creatur Archidux, fundat Monaſt. S. Lambarti.
18. Leopoldus filius Marquardi.
19. Henricus filius Marquardi frater Leopoldi alter Fundator S. Lamberti.
20. Erbo filius Hartvici Comitis Palat. Ratispon.
21. Engelbertus Comes da Spanheim Archidux Carinthiæ anno 1146.
22. Henricus filius Engelberti.
23. Udalricus & ipſe filius Engelberti.
24. Hermannus filius Udalrici.
25. Udalricus filius Hermanni.
26. Bernardus frater germanus Udalrici.
27. Udalricus III. filius Bernardi.
28. Ottocarus Rax Bohamiæ Archidux Carinthiæ.
29. Mainhardus Comat Tirolis Dux Carinthiæ.
30. Henricus V. filius Mainhardi Comes Tirolis Archidux Carinthiæ.
31. Otho filius Alberti Ducis Auſtriæ & ax hoc Archiducis Carinthiæ, cujus poſtea poſteri vulgo Auſtriaci dicti, ab illo Carinthiis proprio Auſtriacis acceſſorio titulo Archiduces Auſtriæ ſoni appellati, etſi certis ex cauſis eo plerique abſtinuerint, ante Friderici III. ad Imperium poſt Albertum II. promotionem.
32. Albertus Ottonis frater germanus.
33. Rudolphus filius Alberti.
34 Albertus filius Rudolphi Dux Auſtriæ Archidux Carinthiæ.
35. VVilhelmus Auſtriacus, Ambitioſus cognominatus abſque hæredе defunctus.
36. Erneſtus Farreus frater VVilhelmi Dux Auſtriæ, Carinthiæ Archidux.
37. Fridericus III. Imp. qui axarchatum Carinthiæ Alberto fratri ceſſit, ex quo tempore vix exaudimus eſt Titulus Archiducatûs Carinthiæ, ſed apud gratiſſimum cœlo & terris nomen Auſtriacum remanſit.

MAGNI ORDINIS TEUTONICI MAGISTRI.

1. HEnricus VValdpot de Beſſenheim per Fridericum Ducem Sueviæ Frid I. Imp. filiom inveſtitus Anno 1191. obiit 1201.
2. Otho de Karpen obiit anno 1207.
3. Harmannus Barth. obiit 1211.
4. Hermannus de Saliza. ob. 1241.
5. Conradus M. Landſpergius fil. Harmanni Thuringiæ Landgravii. ob. 1253.
6. Poppo de Oſternau occub. contra Tartaros glorioſè pugnans Anno 1264.
7. Hanno de Sangershauſen. ob. 1276.
8. Hartman, Comes ab Heldrungen. ob. 1283.
9. Burcardus ab Heſwindat. ob. 1290.
10. Conradus à Feuchtwangen. ob. 1297.
11. Gotfrid. Comes ab Hohenloe. ob 1307.
12. Sigfridus à Feuchtwangen. obiit 1313.
13. Conradus Beſſort. obiit 1326.
14. VVernharus ab Orſele occ. à fratra Ord. 1329.
15. Ludetus Dux Brunſuicenſis ob. 1333.
16. Theodoricus Comes ab Altenburg ob. 1343.
17. Ludolph. König de VVeitzaü. ob. 1346.
18. Henricus à Tuſemar obiit anno 1351.
19. VVinricus à Knippenrod. obiit anno 1382.
20. Carolus Zollner à Rotenſtain, ob. 1391.
21. Conradus à VVallenrod. ob. 1395.
22. Conradus à Jüngingen. obiit 1407.
23. Udalricus à Jüngingen occubuit in clade Tannenbergenſi 100000, hominum 14. o. die decima quinta Julii.
24. Henricus Comes à Plauen. ob. 1420.
25. Michael à Starnberg, obiit 1429.
26. Paulus à Ruosdorff. ob. Anno 1438.
27. Conradus ab Erlingshauſen aliis Elrichshauſen vita exceſſit anno 1450.
28. Ludovicus ab Erlingshauſen. ob. 1457.
29. Henricus Reuſs Com. Plauenſ. ob. 1469.
30. Henricus à Reichenbeeg. ob. 1476.
31. Martinus Dapifer à VVezhauſen. ob. 1489.
32. Fridericus Dux Saxoniæ ob. 1510.
33. Albertus Marchio Brandenburg.
34. VValtherus de Cronberg.
35. VVolfgangus Schutpar cognomanto Milchling.
36. Georgius Hundt de VVenckheim.
37. Henricus de Bebenhauſen.
38. Maximilianus Archidux Auſtriæ.
39. Carolus Archidux Auſtriæ.
40. Joannes Euſtachius de VVeſternach.
41. Joannes Gaſpar de Stadion.
42. Leopoldus VVilhelmus Archidux Auſtriæ.
43. Carolus Joſephus Archidux Auſtriæ.
44. Joannas Gaſpar ab Ampringen.

MAGISTRI ORDINIS TEUTONICI IN LIVONIA.

1. WInno ab Innocentio III. firmatus 1204.
2. Volquinus.
3. Harmannus obiit anno Chriſti 1245.
4. Henricus ab Haimburg. reſignat 1248.
5. Theodoricus à Grüningen reſignat. 1250.
6. Andreas à Stuckland aliis Surland, 1258.
7. Eberhardus Comes à Sein ob. 1256.
8. Joannes de Sangerhauſen.
9. Burcardus ab Hornhauſen occub. 1264.
10. Grorgius ab Eickſtadt. ob. 1366.
11. Warnherus à Breithauſen alii Fritzhauſen reſignat anno 1268.
12. Conradus à Mandern, obiit 1272.
13. Otho de Rottenſtein occub. in bello 1274.
14. Andreas ------ occub. eodam anno.
15. Waltherus à Nordeck reſignat 1270.
16. Erneſtus à Raſsbarg occub. glorioſe 1279.
17. Conradus à Feuchtwangen. 1282.
18. Willekinus à Schurburg. aliis Schienburg. al. VVilh. ab Endorffen. occub. 1287.
19. Conradus ab Harzogenſtein 1289.
20. Bolthо ab Hogenbach obiit 1294.
21. Henricus à Dumpeshagen. ob. 1296.
22. Bruno. occubuit anno 1298.
23. Godefridus, reſignat 1306.
24. Conradus à Jocke obiit 1326.
25. Eberhardus à Nawenhaim aliis de Monheim. reſignat Anno 1341.
26. Burcardus à Dreyleve ob. 1347.
27. Goſuinus ab Ercke reſignat. 1360.
28. Arnoldus à Vitingkhave.
29. VVilhelmus à Frimenſen.
30. Lobbo ab Ulſen. obiit anno 1396.
31. VVoldamarus à Burggeney obiit 1404.
32. Conradus à Vitingkhave. 1413.

32. Theodoricus Turck obiit 1417.
33. Sigfridus Lander de Spanheim, 1428.
34. Zysa de Ritenberg. occ. 1437.
35. Franco à Kersdorff. anno 1439.
36. Henr. à Buckenrode al. Schungel. 1442.
37. Henricus Vinck. obiit 1456.
38. Joan. Osthoff à Mangeden. ob. 1475.
39. Joan de Woldthausen. captus 1477.
40. Bernard. van der Borch depositus 1486.
41. Joan. Freidanck à Lorinckhove aliis dictus de Fridach obiit anno 1495.
42. Waltherus à Plettenberg obiit 1535.
43. Herman. à Bruggenii cognomento Hasencamp. obiit anno 1549.
44. Joannes de Recke obiit anno 1551.
45. Henricus à Caden. obiit 1558.
46. Wilhelmus à Fürstenberg resignat 1559.
47. Gothardus Ketler.

GERMANIA TOPOGRAPHICA SACRA.

In recensione Episcopatuum Germaniæ, Parte I. Operis positorum, cum nullam penitus, quam solius nominis, Olomucensis Episcopatus Exempti cognitionem haberemus, nunc informatione solidiore desuper accepta, Episcoporum ejusdem seriem damus.

ELENCHUS EPISCOPORUM MORAVIÆ,

Prout in Aula nova Episcopali Olomucii extant, cum additis his subscriptionibus.

1. S. Cyrillus, magni primùm nominis Philosophus, glorioſior dein Apostolus, sub annum reparatæ salutis 880.mo in Metropoli Velehradensi, Rege Sustopluco, post exantlatos plurium annorum labores Evangelicos, optatâ portus quiete, quinque sedit annis. Tum abdicato ipsorum Archipræsulatûs honore, sacras Romæ sui depoluit corporis exuvias, magnam Animam cœlo transmittens; immortali gratis in omne ævum Moravis, ejus operâ bene credere doctis, sui relictâ memoriâ.
2. S. Methodius, D. Cyrilli frater Germanus & Coapostolus, successorque meritissimus, Christi fidem propagavit inter Bohemos, in qua Principem eorundem Borzivojum confirmavit, unáque sanctissimam Conjugem Ludmillam sacro fonte abluit. Insolenti verò Regis Suatobogi, degeneris à Patre filii, pervicaciâ compulsus, fraternis insistens vestigiis, Romam profectus, morte ibidem sanctè obirâ, omni orbatam Pastore destituit Moraviam bis miseram, quia quantocyùs & Regio destituendam diademate.
3. Joannes, qui è septem Moraviæ Suffraganeis Episcopis, apud Bohemos solus restiterat, post luctuosam Regni Marcomannici desolationem redux, in Oppido Polesſovicensi Sedi suæ locum reperit. Is totius tum, quæ reliqua erat, Moraviæ unus fuit, ac primus absque socio Episcopus, & optimi Pastoris munere annis sedecim functus, obiit anno à Christo nato 932.do.
4. Sylvester, post decennium in prædecessoris locum suffectus, infestis rursus Hunnorum armis Moraviam depopulantibus, Ratisbonam confugit, ubi & anno decimo nono, à susceptо Præsulatu, vivere desiit. Ab ejus obitu Moravi, 150. annorum interstitio, proprio caruêre Episcopo, curam eorum interim in sacris gerente, Præsule primùm Ratisbonensi triginta quinque, ac tum Pragensi duobus supra nonaginta annis.
5. Joannes II. anno tandem 1063. pio Wratislai II. Regis Bohemiæ in Moravos studio, annuente Alexandro II. Summo Pontifice, secundissimè in Antistitem Moraviæ inauguratus, etiámque idcirco ab Henrico III Imperatore pro Imperii Principe agnitus, Ecclesiæ sibi creditæ, insigni prudentiâ annis tribus & viginti præfuit, usque ad annum 1086.um.
6. Andreas ex pervetusta Dubraviciorum prosapia, auspicato Cathedram Episcopalem Polesſovicio transtulit Olomucium, quæ Urbs extinde Metropoleos prærogativâ nobilior, nisi cum hujus tum subsequentium Præsulum incolatus, ob honores & eummoda, quibus per eos est aucta, sese plurimùm debere agnoscit, oppidò ingrata sit. Glorioſus hic Antistes, susceptâ Mantuæ ab Henrico IV. usitatâ Principum Imperii investiturâ, quinto pòst Olomucii obiit anno, æræ Christianæ 1097.mo. sepultus & est in Ecclesia DD. Petri & Pauli, tum Cathedrali.
7. Petrus, charus in paucis Bretislao Bohemorum Interregi, primus Pragâ, ex monte Sionæo, Strahow dicto, ad Olomucensem Insulam vocatus, viam ad hanc ejusdem secum instituit sectatoribus præmonstravit adeò feliciter, ut centum penè consequentibus annis, non alios habuerit, quàm ex sacro eo Ascesterio, isthuc sedes Antistites; quâ tamen ipsemet biennio tantùm fruitus, viam universæ carnis ingressus est anno 1104. & sepultus Pragæ in templo Strahovienſi.
8. Joannes III. povidè Ecclesiæ suæ præfuit, quam opimâ facultatum additione locupletiorē reddidit, dum trecentis argenti marcis Cremsirium, eidémque annexa jura & latifundia, ab Othone Moraviæ Marchione, proficuè mercatus est; etiámque Lubakum in Bohemia, à Sobieslao Principe pro suo Episcopatu obtinuit. Dives meritis, quæ regiminis annis viginti & uno, gnavus Præsul cumulaverat, mortalium solutus curis abiit ad immortalitatem, anno Domini 1126.

9. Hen-

9. Henricus VVladislai Bohemiæ Interregis Frater, rarâ vitæ sanctitate spectabilis, egenorumq; singulare perfugium. Eo accurante Wenceslaus Marchio in Olomucena suâ arce, sancto sibi cognomini Martyri dicatam exædificavit Basilicam, & omnis Ecclesiæ, quam ad annum usque 1150um. rexit, ditio, Conradi Imperatoris, qui illum ut Imperii Principem ad comitia Ratisbonensia vocaverat, favore, à Marchionum Moraviæ juris dictione est exempta, ac immunis pronuntiata. Sepultus est Pragæ in Strahow.

10. Josmes 4.tus quo municipe gloriatur Litomisslium, septimo, incertum quâ causâ, jam anno vacantem sedem consecutus est, nec septennio ampliùs à 8157mo. ad 1164um. annum possedit, quasi pari duntaxat temporis mansurâ, summi Sacrorum in Moravia Præsidis absentiam æquaturus. Primus Olomucensium Antistitum, in extructam nuper ædem Cathedralem ab obitu est illatus.

11. Joannes 5.tus quindecim in Ecclesiæ Olomucenæ regimine exegit annos, dignus ad plura vitam producere lustra, eximiæ Præsul prudentiæ, beneficentiæ non vulgaris, suavissimæ humanitatis & benevolentiæ. Obiit anno 1172. & quem expetierat mortualem tumulum, in Gradicensi est adeptus templo, ut, quorum regularem vivendi normam tenuerat ante Pontificatum, iis vita functus rursum sociaretur.

1. Detlebus, post sedulam novem annorum curam, quâ sibi commissi muneris partes explere omnes sategit, anno à partu Virgineo 1181.mo. mortuus, eam vitæ à se laudabiliter actæ reliquit imaginem, quam quisquis locum illius deinceps obtenturus in semet exprimeret, non nisi omnigenâ ornatus virtute Antistes audiret.

. Peregrinus memor, se, ex Gentium Apostoli sensu peregrinari à Domino neq; habere hîc permanentem civitatem, id unum egit, & ex exquisitâ morum integritate coram Deo ambulans, ne ad latum unguem exerraret à via, quæ ducit ad vitam, hac mortali beatiorem: ad quam, non integro in Episcopsh vigilantia explero quadriennio, properè transivit, fuitq; concivis Sanctorum, anno 1135to. sepultus Pragæ in Ecclesia Strahovienſi.

Cain Fratrum amator, subjectiq; sibi Cleri ac populi laudatissimos, profusæ in omnes largitatis ac hospitalitatis, & singularis modestiæ Præsul, qualem videlicet suo describserat Timotheo Apostolus. Hoc, cum cæteris, à vulgo tulit encomiũ, quòd vox ejus honora esset, ut tuba Dei, & quasi vox Angelorum, ac proinde hos inter auliri dignam Cœlis, quò est evocatus an. 1194to.

Engelbertus, magni consilii Antistes, non quasi dominans in Clero, sed Patris instar benevolentissimi, etiamq; erga infimæ conditionis homines mirè affabilis, ac propterea nulli non amabilis, præcipuè curavit, ut boni Pastoris exequens officium, tonderet, non degluberet oves. Mors illi minimè accidit improvisa, cujus prænuntiâ venerandus canitie, plenus dierum obiit anno 1199no.

Joanes 6.tus agnomine Bavarus, nobili inter Bohemos genere natus, dum immortalem eo vâctimam in Milirzensi Ecclesia litaret, victima ipse mortis ad aram subito concidit, eâ, quam tunc prorsus designabat, cruce, sibi decedenti bene precari visus. Ita Olomucensium è Præmonstrato adscitorum Præsulum decimus, hactenusq; postremus occubuit anno 1201mo. Defuncti corpus Pragam translatum, ibidem in monte Sion conditum est.

17. Robertus præstanti doctrinâ atque prudentiâ, morumq; concinnâ gravitate conspicuus, sarcophago D. Christini, auri & argenti laminis circumdato, gemmisq; distincto, quo S. Martyrem prosequeretur cultu, testatum reliquit. Plurimùm Ecclesiæ, successoribusque, annis 28. sui regiminis profuit. Ad Imperii Comitia ab Ottone 4to. evocatus, magnâ sui commendatione, iis interfuit, quem & Romam profectum, suas secum ducens copias, est comitatus. Obiit anno Dni. 1232. & sepultus est Welchradii.

18. Fridericus, quam nomine præ se tulit, pacem, quoad vixit, sectatus, eandem moriens an. Dni. 8241. secum Abstuliſſe videri potuit: Siquidem septennio, de subrogando in ejus locum successore, acriter dimicatum est, obtrudente Venceslao Rege alium, quàm, cui legitimâ electione successio obtigerat. Demum Dicasterio Romano pro Electoribus pronuntiante, in alia itum est suffragia, quibus tertio jus datum.

19. Bruno, cui sua pleraque decora, ac hodieque duraniem amplitudinem Olomucensis debet Episcopatus, tantò Ecclesiæ suæ census reddidit auctiores, ut exinde haberet, quo sibi multos clientelæ nomine obstringeret vasallos feudatarios. Exercitum duxit in Borussiam, in qua ab Infidelium armis erepta, Urbem à nomine suo dictam Brunebergam condidit. Comitatus Huckenwaldensem & Schonbergensem comparavit; Cremsirium mœnibus cinxit, ubi Collegiata D. Mauritii, ab eo quoq; fundata ac erecta, hujus togâ sagòq; inclyti Præsulis servat cineres, ab anno 1281mo.

20. Theodoricus, à vitæ integritate, morumque innocentia commendatissimus, singulari erga Deiparam Virginem ferebatur animi piè addicti propensione: Cujus argumentum esto, quòd in ejus honorem, quam consurgentem quasi auroram, solis Justitiæ præambulam veneramur, solennem in dies antelucanam peragi Liturgiam instituerit. Obiit anno 1303. sepultus in Ecclesia sua Cathedrali.

21. Joannes 7mus. dictus Hali, ita munere suo ad annum 1381um. functus est, ut excellentis prudentiæ laudem retulerit, interq; præclarè de sua Ecclesia meritos Præsules censeri promeruerit. Cavit, ne, quod antehac factitatum, ulli deinceps Archidiaconi, Scholasticiq; dignitas, etiamq; Custodis officium tribueretur, cui fixa ad Cathedralem sedes non esset. Sepultus est in Cathedrali, ante aram D. Ludmillæ.

22. Petrus 2.us Bradavicius, ex Dominis de Lomniz; Cujus Laude dignum regimen festina mors, vixdum biennio à suscepta Infulâ præsertim ipso, terminavit Pragæ anno 8256. Eò sese contulerat, ut Regi Joanni, ritu solenni coronam capessenti, adesset: Quo factum, ut ibâ quoque in Metropolitana D. Viti humaretur.

23. Conradus immunitates Eccleſiæ ſuæ ac privilegia invicto animo propugnavit, ſtrenuaque dexteritate id eſt conſecutus, ut non modò conſtabilirentur vetera, ſed nova inſuper adjicerentur. Et cùm decorem quoque Domûs Dei diligeret, plurimis in illam collatis ornamentis, reddidit venuſtiorem. Clero præterea ſuo ſalubertima ſanxit ſtatuta: & quod ſtatutum eſt omnibus hominibus ſemel exequi, æquanimiter præſtitit anno 1326to. atque in ſua ſepultus eſt Cathedrali.

24. Henricus 2dus. præcellens aviæ Berkarum ſtirpis ſurculus, virtutum ſuarum latè ſpargens odorem, atque in ſui æſtimationem trahens univerſos, ad ſacri demum Principatûs excrevit faſtigium, in quo egregiâ animi demiſſione emicuit, ſpectatæq; ſanctitatis præbuit poſteris exemplum. Ne quam Eccleſia proventuum pateretur imminutionem, fundos ejusdem vel è Regiis vindicare manibus non eſt veritus. Obiit anno 1333. Pragæ, & ibi in S. Viti Metropolitana eſt humatus.

25. Joannes 8vus VVenceslai 6ti Bohemorum Regis filius, è VViſſegradenſi Præpoſitura, ad Olomucenſem promotus infulam, vitæ fuit integerrimæ Antiſtes: & pro eâ, quâ Divinum promovere cultum allaborabat, curâ, inter cætera piæ ſuæ munificentiæ monumenta, extare voluit Puſtomirzii Parthenonem Sanctimonialium, quem à ſe fundatum rectumq; copioſis dotaverat reditibus, ubi & tumulatus eſt anno 1356.

26. Joannes 9nus VVlaſſimius ſer magnus Præſul, in Epiſcopali primum ſedit Cathedra Olomucii 5 hinc Pragam tranſivit ad Archi-Epiſcopalem; tandemq; Romanâ etiam Purpurâ donatus eſt. Hos ei tum propria virtus, tum ſpecialis Caroli 4ti amor peperit honores. Nec mirum, magni à mortalibus fuiſſe æſtimatum, quem Cœlitum Imperatrix inviſens, raro dignata eſt favore, dum coram ſe illi ſpectandam exhibuit.

27. Joannes 10mus. Caroli 4ti Imperatoris Cancellarius, ex Litomiſlienſi Epiſcopatu ad Olomocenſem poſtulatus, poſtquam ad hunc pervenit, inter primas habuit curas, Cathedralem incendio deformatam inſtaurare: quod ubi magnis impenſis eſt executus, metam vitæ laudabiliter actæ attigit an. 1380mo. Iepolitusq; eſt Litomiſlii in Eccleſia Cœnobii, à ſe quondam fundati, Ordini D. Auguſtini, nuncupato ab Eremo.

28. Petrus 3tius ter Epiſcopus, Curienſis primo, actum Magdeborgenſis, demumq; Olomocenſis, ſemper magnanimus, & in omnem bene merendi de Eccleſia ac Religione, deq; Republica, occaſionem intentus, imo etiam cum Moraviæ Marchione fœdere, de reciproca defenſione, Regularibus D. Auguſtini Canonicis Collegium fundavit Landskronæ, ibidemq; eſt humatus: obiit verò an. 1387mo.

29. Joannes 2mus Litomiſlienſis Eccleſiæ Tiarâ depoſitâ, aſſumpſit Olomucenſem, procurantibus hanc mutationem ejus fratribus, Jodoco & Procopio Marchionibus Moraviæ. Ac ab Urbano 6to. qui tum Reipublicæ Chriſtianæ è ſedi Petri jura dicebat, ad Aquilejenſem Patriarchatum ſe conferre juſſus eſt. Ita verò abiit, ut non infructuosè Olomucenam occupârit Cathedram, cui perutilem vectigalium erectionem, à Wenceslao Imperatore Rege; Bohemiæ impetravit.

30. Nicolaus, abeunte Aquilejam Joanne, Conſtantienſem Eccleſiam regebat, & ab hac ad Olomucenſem eſt accitus, cui modico, nec uſquam, præfuit tempore. Inviſerat Drzeyczcicium, in Bohemia ad fluvium Albim loco peramœno ſitum, ab anteceſſore nuper Petro Tercio emptum: ubi aliquamdiu commoratus, è vita exceſſit anno 1394. Defuncti nihilominus oſſa in Moraviam translata, in Cathedrali fuêre condita.

31. Joannes 12mus. cognominatus Mraz, Juris Pontificii non vulgari peritiâ Doctoralem promeritus Lauream, Præpoſituram deinde Zderazenſem Crucigerorum ſepulchri Dominici obtinuit: ex qua ad Epiſcopalem progreſſus Cathedram, ſexennio circiter in ea ſedit, plurimo ære gravatus alieno, debitisque à ſe inaniter contractis, ob exhauſtum funditus ærarium exſolvendis impar, naturæ debitum perſolvit Olomucii anno 1401. Terræ mandatus eſt præ foribus Cathedralis Eccleſiæ.

32. Ladislaus de Krawarz opportunè prorſus advenit, opem Eccleſiæ ſuæ, quâ unicè egebat, laturus. Et verè opitulatus ei eſt ramâ induſtriâ, ut tum quàm maxima anteceſſoris debita expunxeris, tum, quæ ſeu erepta, ſeu malè abalienata fuerant, recuperârit. His, aliisq; bene geſtis, malevolorum ibi conflavit invidiam, quâ factum, ut toxico propinato ſit exſtinctus anno 1408vo. ſepultus eſt in D. Mauritii Collegiata Cremſirii.

33. Conradus 2dus. advena è Weſtphalia, circumſpectione oculatiſtimâ id aſſecutus eſt, ut Bohemiæ Proceribus accenſeretur, Regnique eſſet ſubcamerarius. Alius autem in Moravia eſt evectus ad Celſitudinem Epiſcopalem. Hinc in Bohemiam revocatus, Rege favente Wenceslao Pigro, Archi Epiſcopali exornatus pallio, præteritos obumbravit honores, neutrique Eccleſiæ profuit.

34. VVenceslaus renunciato Amiocheni Patriarchatûs titulo, non invitus Epiſcopatum Olomucenſem ſuſcepit. Profectus ad Concilium Conſtantienſe, Pragæ ſubſtitit, unde dilapidato Eccleſiæ theſauro, quem abiens abſtulerat, pauperior regreſſus, poſtquam Zwittaviam attigit, lethali illic morbo correptus, etiamq; brevi poſt proſtratus, adparatum ſibi in Cathedrali tumulum delatus eſt an. Dni. 1418.

35. Joannes 13tius Concilio Conſtantienſi interfuit. Ejus auſpiciis Huſſitarum impius fuſæ ſunt copiæ: quibus ipſemet loricatus, ob idque Ferreus appellatus, identidem occurſare non dubitabat. In generoſi hujus zeli præmium Purpuratorum cœtui in Vaticano eſt adſcriptus. Sub hoc Præſule Sigiſmundus Imperator Marchionatum Moraviæ Alberto Auſtriaco in feudum contulit, excepto tamen Olomucenſis Epiſcopatu. Inita præterea inter illum, & Status Moraviæ, atque dictum Cætarem, eſt pax publica, vulgò Landfrid vocata. Obiit Strigonii anno 1430. Iepultus eſt Vaciæ.

36. Conradus 3tius de Zwola ſacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditor in Epiſcopum Olomucenſem electus, in Comitiis Imperialibus Baſileæ,

Basileæ, sub Sigismundo Cæsare, cæteros inter imperii Principes sententiam dixit, ac decreta de iure Principum subscripsit. Obiit Vlmæ in prædicti Sigismundi comitiva, anno testitutæ salutis 1433. Episcopatus tertio.

Paulus de Miliczin complures suæ Ecclesiæ dictiones, ab iniquis possessoribus vel vindicavit, vel redemit, gravissimas idcirco Hussitarum insectationes perpessus, à quibus structas insidias non semel evasit, protegente Numine Longævam optimi Pastoris vitam ad annum usque 1450um quo omnium bonorum, imprimisq; inopum, quibus semper benignissimum se Patrem exhibuit, dolore defunctus est, sepulturaq; Brunæ in Collegiata DD. Petri & Pauli.

38. Joanes 14tus Brunæ natus, Præpositus Olomucensis, Sacrorum Canonum egregiè intelligens atq; in consulendo longè dexterrimus, vivente etiam num Paulo, ad Episcopatum destinatus erat successor, qui illi triennalis tantum modo fuit, defuncto Miliczi, an. 1454. paulò pòst quàm Ladislaum Alberti Filium, Regio diademate impotitio, in Bohemorum Regem inunxerat. Sepultus est Olomucii in Cathedrali.

39. Bohuslaus de Zwola Regi Ladislao ab intimis consiliis, & ob rerum gerendarum experientiam, aliarq; præstantes animi dotes apprimè acceptus. Quia verò acerrimus erat à suæ Ecclesiæ dogmatibus dissentientium persecutor, virulentum horum odium in se concitavit, ut eam ob causam, iisdem in occem ipsius conjurantibus, perexiguo vixerit tempore, veneno sublatus Viennæ, an. 1457mo unde ejus corpus devectum est Olomucium, & in Cathedrali tepultum.

40. Prothasius de Borkovicz mitæ etatis prudentiæ, cultissimæq; facundiæ, electus in Præsulem, dum in Academia Ticinensi studiis adhuc vacaret literarum. Sub illo compilatus est libet dictus Towaczovienfis, è cujus præscripto olim in Moravia, quòd omnia Matchionatûs jura, statuta, & consuetudines complecteretur, universæ controversiæ decidebantur. Arce & Ecclesiâ VViskovienfi extructâ, plura molientem, grassantis tum pestis contagio corripuit, & exdoxâ an. 1482. sepulus est in sua Cathedrali.

41. Joannes 15tus Ecclesiastici Ordinis sidus præfulgidum, nullí, ævo suo, doctrinâ secundus, VVaradinensi Olomucenâ sociavit Insulam. Miliczium Ecclesiæ reddidit; Asceterium D. Augustini Canonicis ad omnes Sanctus Olomucii, atq; aliud seraphici Francisci assectis condidit Hradistii: ubi demum etiam, gemini Præsulatûs dignitate abdicatâ, illia accessit an. 1491mo interq; eosdem utroneè inops, cælestes sibi congessit opes ad annum usq; 1509um quo diem extremum piè clausit, ibidemq; in Ecclesia à se ædificata est sepultus.

42. Stanislaus Turzo paucis æquiparandus Præsul, quo nemo in hanc diem diutiùs Ecclesiam Olomucensem, tribus nempe & quadraginta annis, rexit, summis æquè ac infimis clarus, in aulis Regum & Principum versatus, atq; tum ab inculpata morum probitate, tum à prudentia in gravissimis quibusq; negotiis pertractandis æstimatissimus, stabilitati privilegiorum Ecclesiæ suæ prospicere sategens, confirmationem eorundem à tribus subsequenter Regibus obtinuit. Obiit, Olomucii, moltis sui nominis relictis monumentis, an. 1540. & est sepultus in Cathedrali.

43. Bernardus Zubko à Zdietin, genere nobilis, multiplici scientiarum genere excultus, disertæq; linguæ laude fuit præstans, cui diuturnum regimen nemo non optare debuit. Verùm, quæ rerum humanarum est vicissitudo, qui longævi antecessoris locum, accepit, non tot hebdomadis, quot ille annis, sedit. E Decano Præsul, decumano in humanæ mortis telo ictus, decimo ab electione mense è vivis obiit an. 1541mo.

44. Joannis 16tus Duöravius compellatus, origine Plsnensis, probus, exemplisq; imitandi Antistes, decennio bene sapienterq; munere Pastorali functus est. Ingenii atq; eruditionis suæ perennatu rom dedit specimen, dum non inelegantèr continuavit Bohemiæ historiam, latinè scriptam, quam ad Ferdinandi Primi tempora perduxit, debitamq; ita Patriæ suæ vicem, minimè ingratus, reddidit. Obiit an. à Christo nato 1551mo.

45. Marcus Olomucii in lucem editus, æquè doctus ac probus, ea vitæ probatissimæ specimina privatus dedit, ut omnium in sese converiens oculos & animos, dignus fuerit repertus, qui ad Pontificatûs honorem eveheretur; in quo, sui semper similis, inprimisq; columbinâ simplicitate venerabilis, duodecim exactis annis, multisq; Ecclesiæ suæ allatis commodis, defunctus est an. 1565to sepulus in sua Cathedrali.

46. Gulielmus Prussinovius à VViczkow, suæ Religionis propugnator zelantissimus, subsidiariam manum è Soc. Jesu adlegit, stationemq; Olomucii, munificus Collegii, Academiæq; Fundator, figere jussit. Hæc autem læta pastoralia curæ exordia, brevi mœstissima funestavit mors, cujus imminri falce, in ætatis flore, succisus est an. Domini 1572do vitæ 38vo Defuncti ossa quiescunt in dictæ Societatis Patrum Ecclesia, ab ipso instaurata.

47. Joannes 17mus Grodecius Præsulum eruditissimus, cæteris ad magna quæq; compatati animi ornamentis, peregrinorum peritiam idiomatum pervigili studio adjunxit, quo luctas etiam Hebraicas & Græcas perdidicerat. Verùm multarum licet linguarum esset goatus, nulla ad productionis vitæ indulgentiam exorandâ illi valuit, dum sicero mox anno ab adito Episcopatu, perpetuum illi silentiom elinguis mors iodixit.

48. Thomas Albinus, nihilo fuit, in regiminis diuturnitate, Antecessore suo fortunatior, quando breviore etiam, quàm ipse, spatio temporis, uno nimium circiter anno duntaxat, Episcopatui præfuit, profuturus plurimum concredito sibi gregi sedulus, indefessusq; Pastor, nisi immodicis, quibus præter modum diserueiabatur, curis citò consumptus fuisset. Vivendi finem fecit anno Christi 1575. & in Cathedrali est humatus.

49. Joannes 18vus Mezon dictus; Telensio oriundus, omnium, qui è Romano Germanorum unquam prodiêre Collegio, Antistium primus, omnibus ad Pontificale munus dignè obeundum doribus inligniter instructus, dissidentium diu Electorum animis conciliatis, suffragiisq; sibi unà cedentibus, strenuè demandatam curæ suæ Ecclesiam administrare aggressus est. Sed nec illi, quæ animo designaverat, exequi licuit, intra biennium vitâ functo Brunæ, an. 1578. sepulto autem Olomucii in Cathedrali.

50. Stanislaus 2dus ex illustri Panlowskiorum Stemmate Antistes inæstimabilis, brevè quatuor Antecessorum regimen, cum septennii auctario, superavit; & quæ illi festinatò sublati nequivêre; ipse 19. annorum spatio cumulatè præstitit, ut

non immeritò Episcoparus restauratorem dixerit. Hic prærogativas, immunitates, & jura Olomucensium Præsulum, injuriâ temporum seu diminuta, seu violata, pristino vigori Regiâ Imperialiq; Rudolphi secundi authoritate feliciter restituit, æternâ sui memoria, obiit an. 1598. sepultusq; est aore erectam à se in Cathedrali Capellam D. Stanislai Martyris.

51. Franciscus à Dietrichstein S. R. I. Cardinalis, Divini cultûs propagandi perquam studiosus, octo Religiosarum familiarum domicilia in sua extruxit Diœcesi, præter lauretanam ædem magnificæ inclusam Ecclesiæ, fundatumq; Canonicorum Collegium Nicolsborgi, & basilicæ erectum suæ Cathedralis Chorum. Atque quod olim à Conrado Imperatore monetæ publicæ cudendæ jus Episcopis Olomucensibus datum fuerat, ut à Rudolpho 2do redderetur, effecit. Obiit tum sæculi, tum Episcoparus an. 36to Brunæ, unde Olomucium in substructam prædicto Choro cryptam est translatus.

52. Joannes 19nus Platisius, quam ob insignia merita dignissimè suscapturus erat Episcopalem tiaram, inopinata illi, antequam Pontificia confirmatio esset expedita, mors eripuit: hanc verò eidem haud dubiè diuturni accelerarunt erumnæ carceris, quo à Moraviæ Dynastis fuit per semestre divexatus. Sepultus est Pragæ in Ecclesia S. VVenceslai PP. Discalceatorum D. Augustt.

53. Leopoldus Guilielmus Archiducum Austriæ gemma, ita humanis sociavit negotiis Divina, ut his primas semper impenderet curas, Princeps Deo plenus. Illius potissimum operâ procuratum est, ut si quis à Moravix Clero, cui 25. annis præfuit Antiles piissimus, quidquam facultatum vitâ excedens relinqueret, id namini, ut antè, in spolium rederet, sed Ecclesiæ & hæredibus institutis obveniret. Obiit Viennæ an. 1662. ibidamq; est sepultus.

54. Carolus Josephus Leopoldi antecessoris ex Augustissimo Fratre Ferdinando Tertio nepos, gratiæ & naturæ prodigium, vitam accipit per mortem, Serenissimâ Parante ex parte exoncta, Innocentia Lilium, in flore licet vernantis, adolescentiæ, anno ætatis 14to exaruerit, virtute tamen meritisq; fuit grandævus. Undecimo ab electione mense, ingenti omnium luctu, suiq; relicto desiderio, terris, sub initium anni 1664. denatus est Lincii.

55. Carolus 2dus ex Comitibus de Lichtenstein, cui vita sit longæva & felix, sicut in sua ad axquisitam elegantiam instaurata, omnisqua generis, verè principali, apparatu instructa Olomucensi Aula, pictas; Antecessorum affigies appendit, ita eorundem à gloriosis gestis laudatorum, unus ipse vivam in ea imagioam exprimere satagit; dum seu ab illis Ecclesiæ suæ parta, ac propemodum antiquata decora, sibi & successoribus, infractâ magnanimitate, asseris ac tuetur; seu ditiones & latifundia Episcopatûs, iniquitate bellorum devastata, instruit ac reparat: nec non vel novas magnâ curâ neq; minore sumptu, passim fabricas è fundamentis erigit, vel veteres è cineribus ac ruderibus, axsuscitat & exornat: ac tandem, quz gnavi & optimi Præsulis atq; Pastoris laus est præcipua, Dei cultum, ovium q; sibi creditarum salutem indefessus procurat; atque idcirco, ut psalmodia sacra, debitâ in Cathedrali Ecclesia peragerentur concinnitate, novos instituit Symphonistas; ad Thaumaturgæ Virginis Turzani augendum honorem, industrios adlegit administros, iisdemq; tum sacram illic ædem, tum habitationi sedem, unaq; sustentationem perennem fundator munificus attribuit. Post Sternbergam, & latè adjacentem viciniam, in Silesiam usq; quâ parte Jurisdictioni ipsius Diœcesanæ in duobus Ducatibus subest, zelum suum extendens, Leobschicium, expugnavit; & 6c mulia animarum millia per Missionarios, quos à compluribus annis, in hanc diem, liberalibus alit impensis, ad Ecclesiæ gremium reduxit, ac etiamnum reducit. Quæ & quàm plurima alia partim acta, partim animo jam destinata, uberam encomiorum materiam, grata utiq; supperita bunt posteritati.

NB. Episcopus Olomucensis non est suffraganeus Archi-Episcopi Pragensis, ue pleriq; exteri, etiam moderni, errorem ab antiquioribus transcribentes, hallucinantur Historici. Est nempe iste Episcoparus exemtus, soliq; summo Pontifici immediatè subjectus.

DE ARCHIEPISCOPATU PRAGENSI,

Quæ prioribus Tomis desideravimus.

ARchiepiscopus Pragensis Sacri Romani Imperii Princeps Legatus natus plures olim sub Se Caroli IV. Imp. Aug. tempora Episcopos Suffraganeos habuit, Misniæ inprimis aliosq; de quibus in Vita Æneæsti primi Pragensis Archiepiscopi, R. P. Bohuslaus Balbinus Societatis Jesu Presbyter de patria sua oprimè meritus, verum à morte Caroli pleriq; fa subduxare, sub protectionem Sedis Apostolicæ recepti. Caterum nostra ætate & memoria duo Episcopatus in Bohamia exaxti sunt: Litomericensis, hujus primus Episcopus fuit Rudolphus Maximilianus L. B. de Schleinitz. Et Reginohradecensis & primus hujus Episcopus Matthæus Ferdinandus de Bilanberg, postea Pragensis Archiepiscopus. Sed & duos alios arigendos Episcopatus Sanctæ memoriæ Ferdinandus II Imp. Aug statuit.

Collegiatæ Ecclesiæ in Bohemia fuêre, ut sequuntur.

S. Viti Metropolitana & Collagiata Ecclesia Pragæ. — — — Est.

88. Omniom in Arca Pragensi. — — Est.

Non sunt amplius:
- S. Martini in minore Urbe Pragensi.
- S. Nicolai in Vetari Urbe Pragensi.
- S. Ægidii in Vetari Urbe Pragensi.
- S. Stephani in Nova Civitate Pragensi.
- SS. Petri & Pauli in Nova Civitate Prag.

Est. SS Petri & Pauli Colleg. in VVischrad.

Est. S. Apollinaris in Nova Civit. Pragensi.

Non est. S. Martini in Oppido Kostalez ad Albim.

Est. SS. Cyrilli & Methodii antiquissima Collegiata Vetero-Boleslaviæ.

Non. SS Petri & Pauli in Civitate Mielnik.

Est. S. Stephani in Civitate Litomericio ad Albim. Erecta est in Cathedralem, ut suprà dixi.

S. Gothar.

Non ſunt.
- S. Gothardi ad Urbem Slanam.
- S. Wenceslai non procul Slana.
- S. Wenslai in Proſik ad Pragam.
- S. Stephani io Cytow ſub monte Zyzip.
- B. Matiæ virginis in Urbe Broda Textonica.
- S. Joannis in Moraſſicz.

Solus Decanus ſupereſt. S. Crucis, ſeu Paſſionis Chriſti in Arce Carlſtein.

B. Virginis Launæ
B. Virginis in Chrudim
Colini in Civitate, ubi nunc eſt vetus arx
Turnovii in Civitate ubi nonc eſt arx
In Pardubiczkach ſeu minore Pardabicio
} Vix eſt memoria Cœnobiorum, & conſtat certiſſimò fuiſſe.

Aoſtæ ad Taborium. Ipſa Civitas periit cum omnibus Templis, ſtant hodie rudera.

Cœnobia in Bohemiæ Regno Ord. S. Benedicti.

Eſt. S. Georgii in Arce Pragenſi, Virginum.

Periit. S. Spiritus, ſeu Miſericordiæ Dei in Veere Praga.

Non eſt. S. Joannes in Augezd ad Pragam ibidem aliud S. Laurentii. Utrumq; ita ab hæreticis deſtructum, ut nec veſtigia appareant.

Eſt. S. Margaretæ Bizeunovienſe.

Deſerta ſunt
- S. Joannis in Inſula.
- S. Joannis in Veliz.
- S. Joannis in Teilin.

Non eſt. S. Michaelis ad Mieſtecz.

Reparatur. S. Procopii ad fluvium Sazavam

S. Hieronymi in Slovan in Nova Civitate Pragenſi. Habitatur ab Hiſpanis, aliisq; ex Monte Serrato.

Omnia hæc amiſſa ſunt ex oculis, & vix eſt apud ipſos incolas quatuor ultimorum locorum, Memoria Cœnobiorum.
- S. Matiæ ſeu Porta Apoſtolorum in Poſtelberg.
- Opatovienſe.
- Wylemovienſe.
- Teplicenſe Virginum
- Podlazenſe.
- Zatecenſe.
- Tauſikovienſe.
- Biczkovienſe.
- Przeſticenſe.

Cladrubienſe — — — perſeverat.
Braumovienſe ſeu Braunenſe eſt.
Policenſe — — — eſt ſola ditio Braunenſis Cœnobii.

S. Nicolai Vetero-Pragæ
S. Joannis in Inſula vulgo ſub Rupe.

Cœnobia Ord. Prædicatorum.

S. Clementis Vetero Pragæ ubi nunc eſt Univerſitas Soc. JESU. Hoc translatum eſt ad S. Ægidium in eadem Urbe Ordine univerſo & Pontificibus & Cæſaribus approbantibus.

S. Clementis in Nova Urbe Pragenſi — Periit.
S. Annæ Vetero-Pragæ Virginum — Manet.
S. Michaelis Litomericii — manet.
S. Anoæ in Augezd ad Pragam — periit. Pro eo nunc habent Cœnobium S. M. Magdalenæ in Minore urbe Pragenſi.
S. Laurentii in Jablonna — eſt.
S. Clementis Regino-hradecii — nec veſtigium ſupereſt.

Auſtæ ad Albim.
Pilsnæ in Civitate.
Nimburgi in Civitate.
Clatovis in Civitate.
In Civitate Piſek.
In Civitate Budvicenſi.
} Hæc Cœnobia Ord. S. Dominici perſeverant.

Cœnobia S. Ordinis Ciſtercienſis in Regno Bohemiæ.

Oſſecenſe.
Aulæregienſe.
Plaſſenſe.
Frauntalenſe Virginum.
Aliovadenſe.
Spineæ Coronæ.
Sedlecenſe.
} Superſunt.

Sacenſe ſeu Zdiarenſe. Hoc ultimum proprie ſpectat in Moraviam.

Io Viridi Monte, & aliud ſub Viridi Monte, pridem deſerta ſunt.

Priſtricenſe.
Kamenicenſe.
Skalicenſe.
Cavizimenſe.
Rzeporienſe.
} Omnino perierunt.

Cœnobia Præmonſtratenſium.

Superſunt.
- Strahovienſe ſeu io Sion ſupra Pragam.
- Teplenſe.
- Siloënſe ſeu Zelivenſe.
- Milovicenſe.

Chotieſtovienſe Virginum.
Doxanenſe Virginum.
} Superſunt & florent.

Litomiſlenſe Epiſcopale ſtetit ubi nunc eſt arx.
Durkolnenſe.
Limovicenſe.
Zbeiſtovienſe.
Launovicenſe.
Veſelienſe.
Fridlaodenſe.
Dcobovicenſe.
} Cœnobia aut Præpoſituræ ita abolita ſunt, ut neque ſit apud viventes incolas memoria.

Cœnobia Canonicorum Regularium S. Auguſtini.

S. Apollinaris in Monte Satzka.
Rokitzanenſe.
Raudnicenſe.
Glacenſe.
Jaromirienſe.
Sub arce Bezdiezi.
In Redhoſt.
} Funditus perierunt.

Carlovi-

Carlovienſe in Nova Civitate Pragenſi.
Trebonenſe.
Borovanenſe in ſumma egeſtate. } Perſeverant.

Cœnobia Eremitarum S. Auguſtini.

S. Thomæ in Minore Praga.
S. Laurentii ſub Civitate Mielnik. } Superſunt.

Tuſtenſe.
Pivonicenſe. } Manent.

S. Catharinæ in Nova Civitate Pragenſi.
S. Benignæ ſeu Inſulanum.
B. Virginis in Koczow. } Vaſtata ſunt.

S. Mariæ in Benarek.
Litomiſilenſe. } Omnino ſunt abolita.

S. Wenceslai in Civitate Bilia. Neſcio an frequentetur, non ſtat.

Cœnobia Ordinis S. Franciſci Conventualium, ut vocant,

S. Jacobi Vetero Pragæ.
S. Jacobi Litomericii.
Miſenſe.
Pontenſe.
Glacenſe.
Reginohradecenſe ad S. Annam.
Crumlovienſe Virginum & Fratrum.
S. Agnetis Vetero-Pragæ, Virginum.
Cadanenſ.
Pardubicenſe.
Horazdovicenſe. } Habitantur.

S. Barbaræ Vetero-Pragæ.
Cilovienſe.
S. Jacobi ad Chrudimium.
Altomiſienſe.
Beneſſovienſe.
Novodomenſe ad S. Joannem.
Bidzovienſe.
Sulficenſe.
Czaslavienſe.
Teinecenſe Virginum.
Berauneníe. } Deſerta ſunt, aut (ſinè Conventu) vix unum alere poſſunt.

Cœnobia Ordinis S. Franciſci Minorum Strict. Obſervant.

Cadanenſe.
B. Virginis ad Nives Civit. Pragenſi.
Bechinenſe.
Novodomenſe.
Turnovienſe.
Atnovienſe. } Habitantur frequentiſſimè & florent.

Glacenſe.
Pilznenſe.
Wotícenſe.
Slanenſe. } Florent & habitantur frequentiſſimè.

S. Ambroſii in Nova Civit. Pragenſi.
Krupnenſe.
Klaſterecenſe ad Zambergam. } Deſerta ſunt.

Cœnobia Capuccinorum.

Pragæ in Iradizino.
Pragæ ad S. Joſephum in Nova Civit. Pragenſi.
Pontenſe.
Chrudimienſe.
Raudnicenſe.
Litomericenſe ad S. Ludmillam.
Sulficenſe.
Budwicenſe.
Tinenſe. Seu in Biſchoff Teinitz.
Colinenſe.

Collegia Soc. JESU.

Pragæ in Nova Civitate Collegium.
Pragæ in Vetere Urbe Collegium Academicum.
Pragæ in minore Urbe Domus Profeſſorum.
Collegium Novodomenſe.
Commotovienſe.
Crumlovienſe.
Glacenſe.
Reginohradecenſe.
Cuttenbergenſe.
Ciczinenſe.
Clatovienſe.
Litomericenſe.
Collegium Bizeznicenſe.
Egrenſe.
Reſidentiæ: Boleslavienſis.
In ſancto Monte ad Pizibram.
Apud B. Virginem in Jemkow.

Clericorum qui de Piis Scholis ſe appellant, Collegia.

Litomiſlii.
Schlackenwerdæ.
Slanæ.

Cajetani, ſeu Theatini.

Extra Pragam, non procul à Cœnobio Bizeznovienſi.

Carmelitani non Reformati.

Vetero-Pragæ ad S. Gallum. (Olim habebant B. Virginem ad Nives in Nova Civitate Pragenſi.)
Tachoviæ.
Rabiſteinii. Et in Chiſs } Habitant hodieque.

Carmelitani Reformati.

Pragæ in minore Urbe ad B. Virginem de Victoria.
Item in Minore Urbe Pragenſi Cœnobium Virginum ejusdem Ordinis.

Cœnobia Eremitarum S. Auguſtini Reformatorum.

Pragenſe ad S. VVenceslaum in Nova Civitate.
Taborienſe.

Cœnobia Minimorum Ordinis S. Franciſci de Paula.

Vetero Pragæ ad Salvatorem.
Biſtricii ad SS. Trinitatem. Item Tachoviæ unum.

S. Andreæ

S. Andreæ & in Kuklweit. } Hæc duo deſerta ſunt.
In Tienowitz.

Servorum B. Virginis.

In Nova Civit. Pragenſi ſub Wiſſehrado. Deſertum.
Vetero Pragæ ad S. Michaëlem. Frequentatur & floret.

Cœnobia Carthuſianorum.

Waldicenſe ad Ciczinium. Floret.
B. Virginis Podiebradii. Ubi nunc eſt Arx regia. } Deſtructa fundi-
In Augezd ad Pragam — } ditus. Sine omni memoria.

Cœnobia Cœleſtinorum.

In Perzin ſupra Pragam. }
In Owin ad Zitraviam. } Omnia abolita ſunt.
In Zlechow. }

Eremitarum S. Antonii.

In Harlaſt ad fontes Muldavæ. Deletum eſt.

Cœnobia S. Mar. Magdalenæ de Pœnitentia.

Cœnobium Zarazenſe. Nunc translatum ad Civitatem Brixiam floret; habitatur à Virginibus ejus inſtituti.
S. M. Magdalenæ ad Cadanam. }
Launenſe. }
Pragenſe in Augezd. } Perierunt.
Miſenſe. }
Aliud Vetero-Pragæ ad S. Gallum. }

Cœnobium Crucigerorum Ordinis S. Cyriaci, vel Sanctorum Martyrum.

Ad S. Crucem Vetero-Pragæ.

Cœnobia Crucigerorum Hieroſolymitanorum cum Navicula & rubra Cruce.

SS. Petri & Pauli in Zderas in Nova Civit. Pragenſi. Habitatur.
S. Jacobi in Swietecz. } Deſerta ſunt.
Aliud ad Trutnoviam. }

Commendæ Teutonicorum.

Chomutovii. }
Pilsnæ. } Extinctæ ſunt.
Vetero Pragæ ad S. Benedictum. }

Commendæ Meltenſium.

B. Virginis Reginæ Cœli in parva Urbe Pragenſi ad pedem Pontis, vocant *ſub Catena*. — — Manet.
Strakonicenſis. — — Manet.

Comenda in Nova Civitate ad S. Joannem. }
Commenda Glacenſis. }
Commenda Arnovienſis. } Extinctæ ſunt.
Commenda Reginohradecenſis. }
Commenda in Dub. }

Cœnobia Crucigerorum cum Rubea Stella, ſeu Hoſpitalia.

Spiritus ſancti vel S. Franciſci Hoſpitale Vetero-Pragæ ad pedem Pontis. — Perſeverat.
S. Petri in Porzicz in Nova Civit. Pragenſi. Periit.
Clatovienſe. }
Auſtenſe. }
Miſenſe. } Videntur extincta, aut ſaltem
Litomericenſe, } fundationes valde imminutæ.
Egrenſe. }
Pontenſe. — — — Perſeverat.

Templariorum Ditiones & Arces olim fuerunt in Bohemia.

S. Laurentii Vetero-Pragæ Commenda.

Zvikow. }
Bezdiezy. }
Fraumberg. }
Krziwokladum. }
Stara. }
Wamberg. }
Lemberg. }
Budina. } Arces & Ditiones.
Rzepin. }
Piſecæ Arx. }
Cunaci Mons. }
Dobrziſi. }
Rzepinium. }
Gezboizice. }
Nitsberg. }
Zleby. }
Swadow. }
Tauzeun. }

Cœnobium Clericorum S. Pauli, ſeu Barnabitarum.

Pragæ in Hradizano ad S. Benedictum.

Series ſeu Catalogus Epiſcoporum, & poſtea Archie-Epiſcoporum Pragenſium.

1. Dimarus I. Epiſcopus Pragenſis.
2. S. Adalbertus Martyr, Ungarorum & Prutenorum Apoſtolus.
3. Theadagus, vel Deodatus.
4. Helikardus. vel Okardus.
5. Izo. Pater Pauperum.
6. Severus. Quem Sanctum appellant Veteres M. SS.
7. Jaromirus Wratislai Ducis frater. Ab aliis Gerardus, Geboardus, vel Gebhardus appellatur.
8. Cosmas.
9. Hermannus.
10. Meinhadus.

11. Joannes.
12. Otto, repulſo Sylveſtro Abbate Sazavienſi, qui fuerat nominatus.
13. Daniel de Lippa.
14. Expoldus Abbas Sedlecenſis, ſed priùs quàm confirmaretur, mortuus, ejusq; loco ſuffectus eſt: Fridericus.
15. Valentinus.
16. Henricus, aliàs Bizetislaus.
17. Daniel II. cognomento Milicius.
18. Andreas, cum opinione ſanct. maxima deceſſit.
19. Peregrinus, quo Pontificis authoritate dejecto ſuccedit.
20. Budislaus, quo brevi extincto ſuffectus eſt.
21. Joannes II. ex Scholaſtico Eccl. Pragenſis.
22. Burkardus ſeu Bernardus.
23. Nicolaus.
24. Joanes III.
25. Tobias.
26. Gregorius.
27. Joannes IV.
28. Arneſtus I. Archi-Epiſcopus Pragenſis.
29. Joannes V. de Jolaſſim.
30. Joannes VI. de Genſtein.
31. VVolffamus.
32. Nicolaus Puchnick Electus Archi-Epiſcopus nondum confirmatus moritur; cui ſucceſſit *Sbignæus* de Haſenberg.
33. Albicus Medicus.
34. Conradus VVeſtfalus. Hic Archi-Epiſcopus ditiones vendidit, atq; idem ipſe Huſſicis acceſſit; unde Archi-Epiſcopi ſedes ad usq; Ferdinandi I. Regis ac Cæſaris tempora vacavit, interim tamen Archi-Diœceſim varii Adminiſtratores, ac præcipuè Capitulum Pragenſe, atq; ex eo delecti, rexerunt. An. 1560. uno ampliùs ſæculo Archi Epiſcopalis ſedes vacans, reſtituta eſt, & Archi-Epiſcopus Pragenſis ex Epiſcopo Viennenſi creatus.
35. Antonius de Miglicio.
36. Martinus.
37. Sbignæus Berka.
38. Carolus de Lamberg.
39. Joannes Lohelius.
40 Ernestus II. ab Harrach.,
41. Huic ſuffectus erat Joannes de Kolowrat, ſed ante Conſecrationem deceſſit, ac tandem Archi Epiſcopale Solium aſcendit Celſiſſimus & Reverendiſſimus Princeps Matthæus I. Quem Nobis Divina Majeſtas diutiſſimè ſerver in columem.

Privilegia.

PRæcipua Archi-Epiſcopi Pragenſis & totius Metropolitanæ Eccleſiæ Pragenſis Privilegia retulit Bertholdus Pontanus ultimis libris ſuæ Bohemiæ Piæ. Qui Libri & Moguntiæ, & poſtea correctiùs Hanoviæ, hujus ſæculi initio, Typis eſt editus.

MONASTERIOLOGIAE GERMANIAE PROVINCIARUM AUCTARIUM.

ALden bergenſe Diœceſeos Colonienſis Regulæ Benedictinæ Reformationis Ciſtercienſis, in Ducatu Montenſi ad flumina Dunam Cœnobium ſpectatiſſimum, fundatum fuit ab Adolpho & Everhardo, fratribus & Comitibus de Alzena, ibidem deniq; Ordinem profeſſis conſectatum in honorem DEI ac DEIparæ ſanctorumq; Chriſti Confeſſorum Benedicti & Bernardi. Abbatum loci ſyllabum ſubjungimus:

1. B. Berno, Gallus Morimondenſis Aſceta verè mundo mortuus, Angelus incarnatus, qui Monaſterium primitus in monte ſtructum, cum licentia fundatorum, anno ſui regiminis 14. in vallem amoeniſſimam transtulit, quod locus prior aquarum penuria multisq; incommodis laboraret, præfuit annis 18.
2. Dudelenus electus anno 1151. vir ſanctus præfuit annis 4
3. Hermannus electus anno 1155. & ipſe ſingulari fulgens ſanctitate cum ſeptennium præfuiſſet ad Cœlorum præmia æterna vocatus eſt.
4. Rixounanimi omnium voto, anno Chriſti 1162. regimem ſuſcipere coactus ſanctè & utiliter annis undecim præfuit, mortuus anno 1173.
5. Bodo octo annis regimen tenuit, anno 1181. multis cum ſuorum lachrymis ſepultus,
6. Goſwinus laudabiliter annis 21. rebus præfuit, ſub quo inſigni SS. Reliquiarum theſauro ditatum hoc Monaſterium fuit, videlicet plus quam mille SS. corporibus, ex Societ. S. Urſulæ undecim millium Virginum, quæ grandi miraculo eodem delatæ ſunt, obiit Goſwinus anno Chriſti 1202.
7. Arnoldus qui cum vix annum præfuiſſet, ſuorum votis præreptus eſt.
8. Richoldus electus fuit anno 1203. præfuitque ac profuit annis 18.
9. Hermannus II electus anno 1216. præſtitit Cœnobio annis novem.
10. Godefridus Cœnobii regimen ſuſcepit anno ſaltis 1225. ſub cujus gubernatoris tempora S. Engelbertus Archi Epiſc. Colon. Martyr occubuit, ejusq; inteſtina in hujus Cœnobii Eccleſia ſunt tumulata. Obiit Godefridus An. 1248.
11. Bruno vir religioſiſſimus cui & in temporalibus Dominus benedixit. Vita exceſſit anno 1242.
12. Everardus ſumma cum laude annos octo præfuit, cui Conradus Archi Epiſcopus monetam S. Petri juxta Renſe ſupra Confluentiam dono dedit, obiit 1250.
13. Cyſelerius, 14. annis utiliter ſe probavit. Multisque opibus ditari meruit mortuus anno Chriſti 1265.
14. Theodoricus, ſedit ad clavum annos undecim, ſub quo Sacella decem cum ſuis altaribus iunctemplo adjuncta, obiit 1276.
15. Otho & ipſe utiliter annis quatuor Cœnobium gubernavit.
16. Marſilios optimè adminiſtravit Monaſterium annis novem, obiit 1289.
17. Henricus, præſedit cum laude annos 14. aliaq; inter merita inſignem collegit & condidit Bibliothecam. Senio confectus ſponte reſignavit An. 1303.

18. Jaco-

18. Jacobus annis novem utiliter rexit, mortuus anno 1312.
19. Joannes piè admodum Monaſterio conſulens biennium præfuis & obiit.
20. Theodoricus II. laudabiliter ſex annis regimen tenuit obiit 1330.
21. Ruynardus, ſumma pietate ac prudentia ſe commendavit, ſub quo metuenda inundatione, Monaſterium ingentia damna pertulit, obiit 1330.
22. Philippus rem Monaſterii plurimum promovit. obiit 1335.
23. Henricus eo nomine II. annis ſolum modo tribus præſedit & obiit 1338.
24. Hermannus de Hotrichem annis octo Monaſterium pacificè gubernavit, omnibus ſe commendabilem reddens, ob. A. Dni 1346.
25. Ludovicus annis ſedecim rem egregiè geſſit mortuus anno 1362.
26. Pilgerus ſive Pilegrinus, annis 5. regimen obtinuit utique 1366.
27. Wilhelmus annis quatuor gubernacula tenuit, vita functus 1370.
28. Joannes de Schalverenburg, qui annis decem piiſſimè ſuis præſtitit, ſub quo Baſilica Cœnobii abſoluta & conſecrata fuit, obiit 1380.
29. Andreas de Monchem, annis octo ſedulam ſuorum curam geſſit, obiitq; anno 1388.
30. Joannes ab Havenbergh, qui annis 32. ad clavum ſedis, mortuus 1420.
31. Henricus de VVerden decennium ſuo regimine complevit, usq; 1430.
32. Joannes Rente, ab inſigni pietate & prudentia laudatus deceſſit 1440 Dunæ fluvio pontem lapideum impoſuit. Sponte reſignas An. 1440. paulo poſt mortuus.
33. Joannes Rodenkoven, vir religioſiſſimus & prudentiſſimus, nemini non gratus & gratioſus, ſtudiorum amantiſſimus obiit anno 1461.
34. Joannes Schlebuſch, minus religiosè præſidens exauctoratur anno 1467.
35. Arnoldus Munckendam SS. Theol. Doct. vir incomparabilis, Religione eruditione, manſuetudine. Vivere deſiit An. 1490. inconſolabili ſuorum luctu deploratus, relictis aliquot præclari ingenii monimentis.
36. Bartholomæus Frinck de Caſter vir & ipſe præſtantiſſimus, Monaſterium plurimũ augens & exornans, præfuit annis ſex ob invaleſudinem & ſtudio demiſſionis, multum obluctantibus amantiſſimis Religioſis reſignans.
37. Henricus Reuſſer omnibus omnia factus præfuit 11. annis. Capita SS. Joannis & Pauli Martargento includi curavit. Monaſterio mirè conſuluit, obiit 1517.
38. Gerardus à Novo Caſtro SS. Theol. Doct. bono exemplo ſuis prælucens, obiit 1524.
39. Andreas Boir, DElparæ cultor ferventiſſimus. Pulcherrimam ejus ſtatuam fieri curavit quam impoſuit coronæ ferreæ deauratæ, quæ corona conſtat ſeptem candelabris artificioſiſſimè confectis, cujusmodi opus Belgium non habere creditur, in quo ad *Salve Regina* ſeptem quotidie luminaria, Andreæ inſtitutione, accenduntur, obiit An. 1536.
40. Matthias Boir, multum reluctans eligitur, & ab Abbatibus præſentib⁹ præeſſe cogitur, ſanctè præſidens annis duobus fere cum dimidio.
41. VVilhelmus Hitorp anno 1538. mortuo ſufficitur, videtur obiiſſe 1545.
42. VVinaodus Dutzmann, ſacra oſſa argento denudans, obiit VVinaodus An. Chriſti 1568.
43. Godefridus Sundorff electus anno 1581. præfuit annis tredecim.
44. Petrus de Neuwenar, electus 1581. Vita exceſſit anno 1591.
45. Bartholomæus Anſtelius, vir bonus & pacificus præfuit annis 23.
46. Petrus Rodenkirchen anno 1614. unanimiter electus, ſingularis prudentiæ & amabilitatis, principibus charus, præfuis Monaſterio in temporalibus & ſpiritualibus ob. an. 1627.
47. Melchior à Mondorff, vir præſtantiſſimus.

Templum magnificum habet hoc Monaſterium, longum pedes 278. latum 76. feneſtris ampliſſimis 78. illuſtratum, columnis robuſtis & altis 60. ſuffultum. Inquo nullæ imagines, quam quæ altarium, præter tres ſtatuas inſignes Benedictæ Matris Virg. Benedicti Patris & S. Bernardi. Organa tria habet, eaque inter igens & pretioſiſſimum, paramenta ſplendidiſſima, digniſſima prorſus omnia quæ ſpectentur. Sed ornamenta præcipua ipſi Religioſi ſunt, ipſis Angelis venerandi, quibus ſingulares à Numine favores apprecamur.

ALNENSE.

Potens ac Nobile ad Sabim fluvium (Sambre) medios inter montes ſylvasq; Cœnobium, primo lapide à Tudinio dictionis Leodienſis Oppido, haud procul Lobienſi Abbatia, à S. Landelino primitùs fundatum, ab Henrico demum Leodienſi Epiſcopo Divo Bernardo traditum, ex eo tempore hos Abbates habuit:

I. Franco Melliſſui Doctoris diſcipulus, prima ſanctitatis fundamenta jecit ſuperſtes etiamnum anno 1154.
II. Gerardus de Gravio ſub quo res Monaſterii plurimum auctæ ſunt.
III. Joannes ab Hoyo.
IV. Edmundus de Britannia.
V. Fremaldus de Fontanis.
VI. Alexander.
VII. Lambertus de Tudinio obiit 1214.
VIII. Ægidius de Baument obiit 1224.
IX. Balduinus de Caſtilleto, obiit 1231.
X. Joannes Onkelin obiit anno 1266.
XI. Joannes Filuera, obiit 1280.
XII. Thomas vita exceſſit 1292.
XIII. Jacobus obiit 1311.
XIV. Guilelmus de Binchio.
XV. Joannes Meſſia obiit 1338.
XVI. Arnaldus de Marbaſia.
XVII. Joan. de Marclenne obiit 1352.
XVIII. Joannes de Barbenſon obiit 1382.
XIX. Nicolaus de Tudinio obiit 1410.
XX. Jacobus de Turinnes obiit 1418.
XXI. Godefridus obiit anno 1437.
XXII. Gobertus obiit 1448.
XXIII. Thomas obiit anno 1478. à
XXIV. Joannes de Bruxella obiit 1481.
XXV. Ægidius Preſieris, obiit 1484.
XXVI. Joannes Bonfils obiit 1497.
XXVII. Gerardus obiit 1529.
XXVIII. Joannes obiit 1556.
XXIX. Guilelmus obiit anno 1578.

XXX. Dionyſius Dionyſii obiit 1603.
XXXI. Sebaſti anus Antonii obiit 1614.
XXXII. Edmundus Juvens ſuperſtes ad annum Chriſti 1639. Fuit hoc Monaſterium ſplendoribus Sanctorum ſemper illuſtriſſimum, quod in Menologio noſtro Benedictino comprobatiſſimum orbi facimus.

ALTUM VADUM.

Celebre Ordinis Benedictini ſacræ Ciſterienſis Reformationis in Regno Bohemiæ Monaſterium ad dextram ripæ Moldavæ, Crumlovio duobus Germanicis diſtans milliaribus, Linzio Auſtriæ quatuor, fundatum An. C. 1259. ad honorem Deiparæ Virg. à Domino Petro Wokone de Roſenberg Regni Bohemiæ Mareſchallo; qui ibid. cum pleriſque poſterorum eſt ſepultus. Abbatum ſeriem ſubnectimus:

I. Otho, cum lectiſſima Monachorum colonia ex Monaſterio Hilarienſi (VVilbaring.) aſſumptus, & Abbas primus hujus loci creatus. obiit ſub A. C. 1261.
II. Adamus, ſuperſtes 1281.
III. Onho II. emit oppidum Kötiz. clar. 1303.
IV. Stephanus ſuperſtes 1318.
V. Bartholomæus malus Œconomus deponitur.
VI. Thomas vixit ad annum uſq; 1340.
VII. Allyrius præfuit uſq; 1347.
VIII. Henricus motu proprio reſignat An. 1363.
IX. Otho, vixit uſq; ad annum 1381.
X. Petrus An. 1387. exauctoratur.
XI. Otho IV. præfuit uſq; ad annum 1397.
XII. Sigiſmundus.
XIII. Otho V. primus infula donatus an. 1403.
XIV. Przybitomus.
XV. Sigiſmundus.
XVI. Thomas.
XVII. Thomas II.
XVIII. Otyko.
XIX. Sigiſmundus, factus juxta Epiſcopus Salonenſis & Suffraganeus Paſſavienſis. Minus utilis Cœnobio redditus.
XX. Paulus de Capella, obiit 1466.
XXI. Thomas Hohenfurther bene meritus ob. 1496.
XXII. Thomas IV. obiit anno 1506.
XXIII. Chriſtophorus Knoll nobilitate pietate & opibus præfulgens, plurimum profuit ob. 1542.
XXIV. Paulus Klötzer ſub quo Cœnobium fœdo incendio in cineres collapſum eſt, quod ipſe præclarè reſtituit, obiit 1549.
XXV. Joan. Ulrichsperger, obiit 1562.
XXVI. Joannis Heyder. Qui ſenio fractus ultro ceſſit, 1578. mortuus.
XXVII. Georgius Texerus. Sedlicenſis poſtea Abbas deſignatus.
XXVIII. Joannes Harzius. Diſciplinam præclarè reſtituit, obiit 1588.
XXIX. Michael Fabricius præfuit annis 16. mortuus anno 1607.
XXX. Paulus Farenſchon. Multa ab adverſariis fidei paſſus obiit anno 1620.
XXXI. Gangolphus Scheidinger. De Monaſterio immortaliter meritus obiit An. 1631.
XXXII. Georgius Schorff.

AMELUNGSBORNENSE.

Quaſi dicas Amelongi fontem, ab Amelongo Eremita cognominatum Monaſterium fundatum In Dœceſi Hildesheimenſi per Sigefridum Comitem Bommelbergium A. C. 1135. deductis primis Monachis cum abbate ex Monaſterio Veteris Campi prope Rhenoberkam. Porro hujus Cœnobii Monachus fuit B. Berno ſive Bruno Epiſcopus Megalopolitanus VVandalorum Apoſtolus, de quo nos in Menologio noſtro Bendictino & Annal. Ord.

Amorbacenſe.

ANno Nativitatis Domini Septingenteſimo Triceſimo Quarto, indictione Romanorum ſecunda, regnantibus Leone Tertio, & Conſtantino Quinto Imperatoribus ac Romanæ Eccleſiæ Præſide Gregorio Tertio, fundatum eſt Monaſterium Amorboch P: S: Priminium Epiſcopum Meldenſem & Bonifatium Archi-Epiſcopum Moguntinenſem, impenſis Caroli Martelli & Pipini Filii ejus, poſtea Regis Francorum, præfuit prædicto Monaſterio Sanctus Amor Abbas primus jam nominati Priminii diſcipuli Annis quadraginta tribus locoq; vocabulum indidit Anno Vero Chriſti M. CC. LIII. indictione undecima Romana ſede poſt obitum Innocentii quarti vacante & Imperii habenas moderante Alphonſo Rege Caſtiliæ & Legionis ſub Gerhardo Moguntino Archi Epiſcopo Herbipolenſi quidam Conradus de Thurna, Eccleſiæ Amorb. Advocatus una cum Melchtilde conjuge, filia Comitis de Laufen contentientibus ad id Godfrido Abbate & toto dicti Monaſterii Conventu Civitatem ſeu oppidum Amorbach conſtruit & ædificari fecit: Juribus tamen & Privilegiis prædicti Monaſterii ſemper & ubiq; ſalvis, ut literæ deſuper confectæ, pleniorem fidem cuipiam hac in re ſubdubitanti facere poſſunt.

Cathalogus Abbatum quorum nomina haberi potuerunt.

SAnctus Amor primus Abbas 734. obiit 777. Deſunt ab An. 777. uſq; ad annum 826.
Sparo 826. deſunt ad annum 1138.
Bodebaldus. 1138. obiit 1162.
Ludovicus — — — 1167.
Richardus, Ao. Dni. 1197.
Godefridus, ſub quo Civitas ædificata eſt An. 1253.
Giſelherus, An Dni. 1256.
VVipertus, Ao. Dni. 1263.
Henricus, An. Dni. 1281.
Fridericus, An. Dni. 1289.
Conradus, An. Dni. 1295.
Hermannus, An. Dni. 1308.
Gerhardus, An. Dni. 1315.
Fridericus, An. Dni. 1319.
Otto, An. Dni. 1326.
Eberhardus, An. Dni. 1338.
Godefridus, An. Dni. 1368.
Fridericus, An Dn. 1378. Rüdt von Bödickheim.
Boppo, An. Dni. 1399. ab Adelsheim.
Theodoricus de Rimch. An. Dni. 1420. Conſiliarius Archi-Epiſcorum Joannis & Conradi ipſo die S. Lamperti, nobilis ultimus ſub cura Abbatiali.
Henricus, An. Dni. 1430.
Boppo Nobilis An. Dni. 1436.
Jodocus Einhard, An. Dni. 1456.

Joannes

Joannes Blencker, An. 1467. obii 84.
Joanes Schwab, An. 1484. obiit 1503.
Petrus VViner, An. 1503. obiit 1517.
Jacobus Zwiffel, — 1517. ob. 1533.
Valentinus Eichwing, — 1533. ob. 1542.
Mattheus Hamman — 1542. obiit 1546.
Jodocus Stromenger — 1546. obiit 1558.
Theobaldus Gramlig — 1558. obiit 1584.
Joannes Bauman — 1584. obiit 1617.
Erhardus Leiendecker — 1617. obiit 1635.
Craffio Brücher — 1635. obiit 1639. 2. Junii.
Placidus Fleck Electus, Anno 1639.

ARNESBURGUM.

Latinè Castrum Aquilæ dictum Reformationis Cistercienſis Cœnobium in provincia VVederoviæ Diœceſeos Moguntinæ, haud procul à Civitate Lichtenli à Comitibus de Solms fundatum, qui pleriq; olim ibidem ſepulturam elegere. Ejus noſtra ætate Abbas fuit Rev. Dn. Joannes Adam Guillius anno 1632. ſub quo idem Monaſterium plurima perpeſſum damna eſt ab Suecica bellorum inundatione.

AULA MARIANA.

Monaſterium Reformationis Ciſtercienſis in Comitatu Zelandiæ & hujus oppido Zierickzee, in Diœceſi Middelburgenſi fundatum fuit anno Chriſti 1470. filia Monaſterii S. Salvatoris Antuerpiæ, de Linea Morimundi. Seriem Abbatum non habemus.

AULA REGIA.

Bohemici Regni illuſtriſſimum Cœnobium, vulgo Königs-Saal dictum, ad Moldavi ripam haud procul Urbe Regia Pragenſi Anno Domini 1304. à VVenceslao II. Rege Bohemiæ & Poloniæ fundatum, qui etiam ibidem anno 1305. ſepeliri elegit; ſed & cæteri Bohemiæ Reges eodem illati requieſcunt. Syllabum loci Præſulum damus.

I. D. Conradus de Erfordia profeſſus in Zedelitz primus Aulæ Regiæ Abbas annis viginti duobus præfuit. Reſignat ultro Anno 1316.
II. Otho Thuringus patria.
III. Petrus Patria Sittavienſis præfuit annis 19. Vir digniſſimus, Author Chronici Aulæ Regiæ.
IV. Chriſtianus de Lemberg præfuit novem menſibus cum dimidio.
V. Joannes de Franckenſtein poſt regimen annorum novem reſignat.
VI. Michael præfuit annis ſex cum dimidio & ipſe reſignans.
VII. Joannes de Verona poſt regimen annorum 14. & ipſe ceſſit.
VIII. Hermannus.
IX. Joannes An. 1380.
X. Fridericus 1400.
XI. Joannes 1416. Sub quo vaſtatum ab Huſſitis Cœnobium fuit, Joanni huic videntur tempore exilii plures Joannes ſucceſſiſſe, dum ab anno prædicto ad annum usq; 1536. Joannidum ſolummodo nomen in tabulis Monaſterii legatur.
XII. Jacobus 1536.
XIII. Anthonius 1563.
XIV. VVolffgangus ex Abbate Plaſſenſi 1564.
XV. Andreas VVidmon 1572.
XVI. Antonius Flemingus è Galliis miſſus Anno 1599. Ordinem in Bohemia & Moravia præclarè reſtituit.
XVII. Adam Vrat 1611. claruit.
XVIII. Georgius Vrat 1614.
XIX. Joannes Greyſſenfels Anno 1619. Ordininis per Bohemiam, Moraviam, Luſatiam &c. Vicarius Generalis.

AUREA VALLIS.

Benedictini Ordinis in Diœceſi Trevirenſi ſplendidiſſimum Cœnobium, Anno Chriſti 1131. Reformationi Ordinis ejusdem Ciſtercienſi nomen dedit. Ex quo tempore Abbatum ſequens ſeries habetur.

1. Conſtantinus creatus anno 1131. Vivere deſiit anno 1144. 8. Decembr.
2. Theodoricus de Vitrii obiit 1152.
3. Theodoricus de Virduoo, obiit 1167.
4. Adam de Longuy, obiit 1177.
5. Stephanus de Luxenburgo, obiit 1188.
6. Remigius de Longuione, obiit 1193.
7. Gerardus de Rupe forti obiit 1204.
8. Joannes de Eſtalles obiit 1206.
9. VValtherus de Verteno obiit 1209.
10. Petrus Leodienſis obiit 1214.
11. Henricus de Satanaco, obiit 1228.
12. Joannes de Novocaſtro obiit 1237.
13. Joan. de Firmitate obiit 1245.
14. Henricus Bullonienſis obiit 1259.
15. Joan. Namure obiit 1263.
16. Guido de Chiny obiit anno 1267.
17. Nicolaus de Lapiſonte, obiit 1299.
18. N. Trevirenſis vita exceſſit 1311.
19. Joannes de Huyo, mortuus 1317.
20. Jacobus de Moſome obiit 1325.
21. Robertus de Preney, obiit 1342.
22. Theodoricus de Anſart, obiit 1376.
23. Joannes Metenſis obiit 1384.
24. Jacobus de Barenſcio, obiit 1399.
25. Nicolaus de Arlune, obiit 1423.
26. Joannes de Prouty, obiit 1429.
27. Joannes de Philomena obiit 1440.
28. Nicolaus de Baronvilla, 1454.
29. Godefridus de Aremberg, obiit 1488.
30. Nicolaus Villarienſis obiit 1504.
31. Balduinus de Preſſeux, ob. 1530.
32. Godefridus de Preſſeux, ob. 1540.
33. Mauhias de Malmundario, ob. 1555.
34. Lambertus de Vagnee ob. 1563.
35. Dominicus de Satanea ob. 1570.
36. Lambertus de Villarii, ob. 1588.
37. Lambertus ab Honſimbourg. ob. 1596.
38. Remactus de Cerfay ob. 1605.

39. Ven. Bernardus de Montgallero. ob. 1620.
40. Laurentz de la Roche. obiit. 1638.
41. Henricus Mengem.

AURORA.

Regulæ S.P.N. Benedicti Reformationis Ciſtercienſis Monaſterium in Diœceſi Conſtantienſi fundatum ſub A.C. 1138. miſſis primis cum Abbate Monachis è Cœnobio Lucellenſi, de Linea Morimundi.

BAUDELOENSE.

Cœnobium in Urbe Gandenſi Comitatus Flandriæ metropoli, primitus in Waſiæ pago Sinan non procul Hulſtæ fundatum à Balduino de Boela Benedictino Aſceta Blandinienſi, adjuvante Balduino Flandriæ Comite anno 1199. Abbatum Catalogum brevem accipe.

1. Impinus.
2. Amalius.
3. Gerardus.
4. Theodoricus. Hic anno 1225 Reformationi Ordinis Ciſtercienſi cum ſuis nomen dedit.
5. Jacobus.
6. Balduinus Brooſche.
7. Joannes.
8. Ægidius Amicus.
9. Guilielmus Speliaert.
10. Joan. de Berlandia.
11. Jacobus de Moneta.
12. Gilbertus de Pape.
13. Guilelmus Pithem.
14. Gerardus de Zypa.
15. Goſwinus de Vinea.
16. Petrus Schuttere.
17. Petrus Schoonvaert.
18. Daniel Militis.
19. Joan. Block Schoemakere.
20. Livinus de Hooghe.
21. Guilelmus van VVymeerſch.
22. Petrus Fetuelde.
23. Guilelmus de. Meritâ.
24. Joannes de Deynſe.
25. Vincentius Impens primus mitratus.
26. Jacobus de Ayeca.
27. Jacobus del Rio. Hic Monaſterio per bella deſtructo exul aliquandio, tum Candacum redux, novum condidit Cœnobium præfuit annis 48. obiitq; anno 1610. 23. Martii ætatis 88. Ipſi hoc poſitum Epitaphium.

Abbatum exemplum, ſpecimen venerabile morum
Spes inopum, Fides ſplendor, honoris honos
Et patriæ communis amor, vere aurea priſci
Vena boni, & vivus perpetua über opis
Quæ Dei Rio tibi ſimul omnia confluxere
Omnia nunc tecum ist portare bona.
Aut potius cœlum tecum ſubiere petentem
Omnia ut Oceanum flumina prona petunt.

28. Guilelmus de Caſtillo. Qui templum à fundamentis exſtruxit.
29. Iſenbergus anno Chriſti 1639. rebus præſtitit.

S. BENEDICTI IN MENTERNA.

In Friſia & Ditione Groeningenſi celebre olim Ordinis Benedictini Reformationis Ciſtercienſis Cœnobium, initium ſumpſit ſub annum Chriſti 1220. cujus indigenæ vulgo *Griſe Moneken* appellabantur.

BAUMGARTEN ALSATIÆ.

Diœceſeos Argentinenſis Cœnobium Fundatum à Cunone Epiſcopo anno Chriſti 1232. cui non multo poſt Reformatio Ciſtercienſis anno 1146. fuit introducta, colonia Monachorum è Bellipratenſi Cœnobia introducta.

BERGENSE.

In Dominio Zwerinenſi inſulæ Rugiæ Cœnobium ab Jarimaro Rugiæ Principe, ejusq; conthorali Hiltegarde anno 1193. fundatum & Ciſtercienſibus traditum.

BOCHIUM.

Vulgo *Boch* in Diœceſi Misnenſi ad Tſchapæ fluminis oſtium cœlebris olim Abbatia fundata ſub annum 1180. à Friderico II. Brenæ Comite Misniæ Marchione & Hedwige Poloniæ Ducisſa ejus conjuge, Monachorum colonia immiſſa ex Monaſterio Sichemenſi.

BOCHOVIENSE.

Vulgo ſimiliter *Boch* dictum Ditionis Zwerinenſis, in Pomerania Cœnobium fundatum à Suantipolco II. Pomeraniæ Principe A Chriſti 1232. ſumpta prima Aſcetarum colonia è Monaſterio Darguneuſi.

BONEFFIA.

Alias Vinea noſtræ Dominæ, olim Monialium hodie virorum in Comitatu Namurcenſi Cœnobium, fundatum à Gerardo Comite Namurcenſi ipſo an. 1163. Abbatiſſarum ſucceſſionem devoravit temporum injuria. Abbatum ab anno Reformationis 1461. ſucceſſio hæc fuit:

1. Petrus Multorius Aloſtanus, præfuit annis 9. & vita exceſſit 1470.
2. Theodoricus de Aloſto profeſſus Molinis, ſedit annis 12. obiit 1282.
3. Petrus du Quaye VVaumonſtria Aſceta Boneffienſis præfuit annis 42. obiitq; anno 1524. ætatis 72.
4. Georgius Sarens Mechlinienſis, præfuit annis novem hinc poſtulatus Abbas S. Turdonis ubi obiit 1558. Vir magnæ Virtutis & animi.
5. Matthias ab Hortenbeke. Sub eo Eccleſia ab anteceſſore ſtructa dedicatur, præfuit annis 12. poſtea factus Abbas Villarienſis, ubi obiit An. 1598.
6. Rumoldus Koans Mechlinienſis. Obiit anno 1560. optimè meritus.
7. Ludovicus du Quaye electus 1560. præfuit annis 7. mortuus 1567.
8. Cornelius Lievens Antuerpienſis. Sub hoc Boneffia ab Hollandis, flammis exuritur. Ipſe vita exceſſit anno 1570.
9. Gerardus Robays de Zotegam, à Conventu electus, monialitatem exuit A. 1582
10. Joannes Robartius, aliàs Boſſuyt, moritur anno 1587.

11. Ægidius

11 Ægidius Breuſegehnos Antuerpienſis, præfuit ſumma cum laude ad annum usq; 1607. quo obiit 18 Decembris.
12. Jacobus Tybormontius, qui Monaſterium eleganter reſtauravit & exulem Conventum seduxit, an. 1617.
13. Gerardus Ulrici Anteceſſoris laudabiles conatus fervidè continuavit.

BOTTEBRCHIUM.

Ducatus Juliacenſis Nobile olim Virginum, nunc Monachorum Reformationis Ciſtercienſis Cœnobium, fundatum primitus à Godefrido Præpoſito Collegiatæ Eccleſiæ SS. Chryſanti & Daniæ Monaſterii in Eifflia. Subſtituti Virginibus viri anno 1448. cui noſtra ætate præfuit Petrus Cortenbachius.

BREDELARIENSE.

Filia Haidenhuſii, olim Monialium S. Auguſtini, nunc virorum Ciſtercienſium ab An. 1196. quo Adolphus ab Altena idem illis tradidit. Abbates secenſemus.

1. Albertus ingreſſus hunc primitus locum ab anno 1196.
2. Detmarus obiit A. 1282.
3. Siſtridus obiit 1232.
4. Dethmarus II.
5. Henricus.
6. Anonymus.
7. VVidekindus 1243. electus obiit anno 1255.
8. Henricus II. obiit 1258.
9 Alexander ob. 1267.
10 Bartholdus ob. 1275.
11. Rudolphus vixit 1285.
12. Conradus 1293.
13. Theodoricus obiit 1338.
14. Dethmarus III. clar. 1348.
15. Joannes 1355.
16. Godofridus 1375.
17. Dethmarus IV. ob. 1396.
18. Joannes clar. 1416.
19. Sifridus 1423.
20. Ludovicus ob. 1430.
21. Beningerus.
22. Joannes III.
23. Antonius clar. 1469.
24. Theodoricus claruit 1499. reſignat. 1503.
25. Tilmannus 1523.
26. Chriſtianus 1526.
27. Theodoricus iterum electus, anno 1544. moritur,
28. Petrus Ruhman 1553.
29. Alexander II. obiit æt. 80. anno 1589.
30. Melchior Gruben exanctoratus.
31. Udalricus Thernhut. obiit anno 1611.
32. Joan. Stainfurdi, obiit 1616.
33. Martinus Boestrodt, obiit 1634.
34. Georgius VVolff, 1639.

BRUMBACENSE.

Diœceſeos Herbipoleoſis in Franconia Monaſterium, filia Cœnobii Maulbrunnenſis, hodie ſubjacet jurisdictioni Comitum de VVertheim & Löwenſtein.

BURLOE MAJUS.

Guilelmitarum in Diœceſi Monaſterienſi Cœnobium aliàs Horius B. M. V. dictum, quod approbante Nicolao V. Ponti. Max. Ciſtercienſium ſe Legibus ſubjecit, & Viſitationi Abbatis Campenſis.

BURLOE MINUS.

Guillelmitarum ſimiliter, Diœceſeosq; ejusdem Monaſterium. Quod majoris Burlœ exemplum imitari voluit iisdemq; Campenſibus ſe ſubmiſit, aliàs amiciſſimo nomine, VINEA. B. M. V. appellatum.

CHARITAS.

Monaſterium Ordinis ſeu Reformationis Ciſterienſis in Diœceſſi Veſuntinenſi. Fundatum anno Chriſti 1133. tempore Henrici VI. Imp. & Keginaldi Burgundiæ Comitis, aſſumptâ Reformatione anno 1196. Fundatrix Cœnobii fuit Alayda de Treva ibidem ſepulta, quæ ad felicem tranſiit immortalitatem X. Cal. Febr. Seriem Abbatum ſubnectimus:

1. Petrus præfuit ab An. 1133. usq; 1164 quo obiit.
2. Jacobus vita exceſſit 1172.
3. Theobaldus moritur An. 1190.
4. Martinus, vivere deſiit An. 1210.
5. Amadeus al. Conſtantinus obiit 1245.
6. Willermus obiit anno 1258.
7. Theodoricus moritur 1282.
8. Hugo præfuit annis 6. obiit 1288.
9. Otho. moritur anno 1296.
10. Joannes mortalibus valedicit 1304.
11. Hugo moritur anno 1309.
12. Simon præfuit annis 20. obiit 1329.
13. Jacobus de Vezet obiit anno 1343.
14. Stephanus de Nova-Villa ob. 1359.
15. Joannes de Salimis, mortuus 1380.
16. Stephanus de Fretigneyo, obiit 1399.
17. Stephanus de Vallibus, obiit 1410.
18. Stephanus de Salinis ob 1429.
19. Guilielmus de Salinis obiit 1460.
20. Joannes de Maiſieres ob. 1493.
21. Joan de Nova-Villa cogn. Bouſſon. ob. 1496.
22. Guilh. de Chaſſerant, obiit 1525.
23. Ludovicus de Verno obiit 1553.
24. Joannes de Laubaſpin. obiit 1577.
25. Claudius de Grandmont, obiit 1609. die 17 Junii. Cui ſucceſſit ipſo anno.
26. Joannes de Watteville vir præſtantiſſimus virtute non minus quam ſumma generis antiquiſimi Nobilitate, idem poſtea Lauſanenſis Epiſcopus S. R. J. Princeps ejusdemq; urbis Comes III.mus verus creditarum ſibi ovium paſtor qui aberrantes à veris paſcuis omni modo lucrari conatus, reliquos ab luporum rabie ſumma cuſtodivit vigilantia, cœlo terrisq; immortaliter ſeſe commendans.

CAMPENSE.

Vulgo Aldenfelt, ſive Veteris Campi in Diœceſi Colonienſi, primum Germaniæ Monaſteriorũ Reformationi Benedictini Ordinis Ciſtercienſi ſubjectum An. 1122 Friderico Colonienſium Archi-Præſule illud fundante, & dotante, prope Rhe-

nobercam, Morimundenſium colonia eodem a vocato. Abbates qui loco huic præfuere ſunt ſequens:

1. Henricus, vir ſanctus, qui Campum ſuum eximiè coluit, ita ut primis ſtatim initiis celeber redderetur, & flores cælo dignos ederet. Vita exceſſit 1137.
2. Theodoricus præfuit annos 40. vir de Ordine optimè meritos, vita exceſſit, 1177.
3. Eberardus, præfuit annis 7. obiit 1184.
4. Gerardus utilis Præſul obiit 1204.
5. Theodorus Sesquiannom præfuit & obiit.
6. Gerlacus, vita exceſſit 1218.
7. Joannes obiit 1223.
8. Arnoldus vir Sanctus, hinc Morimundum poſtulatur.
9. Harclavus, obiit 1245.
10. Henricus obiit 1252.
11. Hermannus obiit anno 1151.
12. Gerardus obiit anno 1262.
13. Albertus obiit 1274.
14. Gilelbertus obiit 1298.
15. Arnoldus obiit 1320.
16. Hermannus à Wachtendonck reſignavit ultro 1326.
17. Godefridus obiit 1341.
18. Arnoldus obiit 1349.
19. Guilelmus, reſignat 1360.
20. Vellingus à Plecze, obiit 1379.
21. Adamus Lœvenich, obiit anno 1382.
22. Guilhelmus Colonienſis obiit 1402.
23. Joan. à Bottenbroeck obiit 1423.
24. Joannes Gochanſis obiit 1438.
25. Joannes Niphuſen præfuit annis 14.
26. Henricus à Raey præfuit annis 31. obiit anno Chriſti 1483.
27. Henricus Calcarienſis, qui Senio gravatus ultro reſignavit anno 1499.
28. Theodorus Verneckens, obiit 1503.
29. Engelbertus poſt 25. Septimanas obiit.
30. Antonios à Bemmel ſed & iſte non ultra 41. hebdomadas ſupervixit.
31. Joannes Niddels ab Huls, cum præfuit annis 19. vivere deſiit An. 1524.
32. Henricus ab Orſœy. obiit 1529.
33. Joan. Jugemaey obiit anno 1563.
34. Richardus de Xantis obiit 1572.
35. Joan Langenradt à VVachtendunck obiit. 1584.
36. Godefridus Draech, reſignat ob res deſperatas propter Geuſios anno 1612.
37. Carolus Reineri & ipſe iisdem de cauſis reſignat 1622. obiit 1632.
38. Henricus Laorentius de Beveren etiam ipſe reſignat 1636.
39. Petrus Polenius à VVachtendunck funditus everſum Cœnobium reſtituit, ſumma cum omnium admiratione.

CAMPENSE NOVUM.

Vulgo Neuw Camp. aliàs Roſetum B. M. V. appellatum, Veteris Campi filia, VVitzlaum, aliis VVenzeslaum Principem Rugiæ fundatorem anno 1234. habuit, ibidem anno 1141. mortuum. Situmque eſt in Pomeraniæ Ducatu Zuverinenſi. Floruit ad annum usque 1514. quo, Abbatem Conventum expulere in exilium Pincipes, ip nunc è cœtu viventium ejecti, ſubditis in varia portas diſtractis.

CAMPUS SOLIS.

Dictum vulgo Sonne-Camp in ducatu Mechelburgenſi Reformationis Ciſtercienſis Cœnobium prope VVeſenbrugam, fundatum fuit a Henrico cogn. Burevino Seniore Obotritorum & Megapolenſium Duce & Mechtilde conjug Henrici Leonis Guelphici Saxonum Ducis filiæ Verùm anno 1551. Albertus Dux Megapolitanis ejectis Monachis inde dotavit Academiam Roſtochienſem.

CAMENZCUM.

Ducatus Sileſiæ in Diœceſi Uratislavien Cœnobium, duobus ab Henrichovio milliaribus ſuper amnem Niſſam ſitum, Canonicorum aliquamdiu Regularium Cœnobium, quod h Ciſtercienſibus ſponte ceſſerunt, vigetque usqu hodie ibidem ſub Prælato Regularis diſciplina Eſt filia Lubens, de linea Morimundi.

S. CRUCIS IN AUSTRIA.

Fundatum à S Leopoldo Auſtriæ Marchione ad præces B. Ottonis filii, poſtea Friſingenſis Epiſcopi & egregiè dotatum inter denſiſſimas ſylvas, loco, qui Sattelbach vocabatur. Abbates ſubjicimus:

1. Godeſcalcus è Morimundo aſſumptus 1134.
2. Conradus S. Leopoldi filius, poſtmodum Archi-Epiſcopus Salisburgenſis obiit 1168.
3. Henricus ſupereſt 1185.
4. Marquardus clar. anno 1201.
5. VVernherus obiit anno 1227.
6. Egolphus obiit anno 1242.
7. Pilgrinus claruit anno 1248.
8. B. Henricus clarus miraculis reſignavit anno 1259.
9. Sigfridus conſecratur in Zwetel obiit 1262.
10. Henricus II ſuperſtes 1280.
11. Sigardus clar. 1285.
12. Bertholdus 1295.
13. Ulricus claruit 1303.
14. Joannes clar. 1315.
15. Otho 1319.
16. Jacobus claruit Anno 1330.
17. VVilfingus 1335.
18. Leopoldus obiit 1347.
19. Conradus II. claruit 1356.
20. Colomanus ſuperſtes 1384.
21. Nicolaus 1393.
22. Gregorius uſq; 1468.
23. Georgius claruit 1471.
24. Gregorius II. 1495.
25. Matthias. Non dio vixit.
26. Michael præfuit 1497.
27. Michael II. cognomento Argner præfuit 18.
28. Bernardus annis 3.
29. VVilhelmus ſiguli Auguſtani filius reſignat 1528.

30. Joan-

30. Joannes cognomento Hartmann, Uberlingenſis Acronianus. Sub quo à Turcis direptum & incenſum fuit Monaſterium. Quod ipſe reſtaurare cœpit, obiit an.
31. Hieronymus Feygl Suevus, ex Dinckelſpül, Primus inſulam meruit præfuit. 7.
32. Simon Demmius ex Haleln pago Auſtriæ obiit, anno 1547.
33. Conradus Fabri Uberlingenſis magnus Cœnobii reſtaurator.
34. Udalricus Suevus laudabiliter & utiliter præfedit, obiit anno 1582.
35. Joannes Rueff, obiit 1599.
36. Paulus Schönebner, Moritur 1613.
37. Chriſtophorus Schaffer, Moravus. Sub quo Monaſterium iterum exuſtum fuit. Quod tamen reſtaurare cœpit, & rem benè geſſit. Obiit Viennæ anno 1631.
38. Michael Schnabel Pfaffenſtettenſis, vir doctus.

CHORINUM.

Marchionatus Brandenburgii Cœnobium filia Leninenſis, fundatum in mediuſſio Marchiæ Brandenburg. à Joanne I. cogn. Prudente Electore Brandenburgio, & conjugali ejus Sophia Waldemari Regis Daniæ filia ſub annum Chriſti 1232. Obiit idem 1266. ibidem ſepultus, ubi poſtea etiam Joannes II. Conradus I. & V Valdemarus Electores aliiq; cognati Principes ſepeliri elegerunt.

COELI-PORTA.

Ejusdem Ordinis in Voitlandia conditum Aſceterium anno 1256. per Ottonem Comitem de Orlemond cum uxore Agnete Ducissa Meraniæ, quæ Vidua proprium filiolum & filiam trimulos necaverat in arce Plaſſenburg, ut potiretur Alberto Burggravio Norimbergenſi cujus amore furiosè exarſerat, cum ille conjugium ob liberos ex priore marito ſubterfugeret.

CORBEJENSE.

HUjus præſtantiſſimi Monaſterii etſi fundationem & Abbates ſuperioribus tomis jam deſcripſerimus, placuit nihil ominus Juſti ab Hexer, Cancellarii Corbejenſis U. I. D. Elegiacam deſcriptionem huic Auctario operis inſerere, quod nonnulla occurrant diguiſſima obſervatione.

Chronologia ſuccincta Corbejenſis.

a. COrbeja eſt quondam quaſi cor ſic dicta beatum
Plurima quod tulerit corda beata virum.
Saxonicas clauſtrum fructum venerabile ad oras
Juxa viſurgis nempe fluentis aquas.
Ex Caroli Magni ſuaſu fundamina ſtruſtra
In Nemoris Solling ædificata ſolo:
Gnarus at ipſius vegetus fabricator & auctor
Præſenti ſtuduit figere jacta loco,
b Qui Patri ſucceſſor erat referens Ludovici
Induperatoris nomina ſancta Pii.
Hic primus domem tribuens Eccleſiæ eidem
Ædis fundavit rudera prima ſacræ.
Contulit hic terras, decimas ac prædia opima
Tunc quæ in Saxonicis finibus ejus erant,
Atq; adeo expendit quicquid patrimonii habebat,
Imò in finitimis quicquid habebat agris.
c. Inde ſacro Stephani primævi Martyris iſtic
Sancta patrocinio templa dicavit ea,
Cujus ibi ſcapuls eſt ardore recondita ſancto
Ædis ceu clypeus præſidiumq; Sacræ.
d. Cœnobii primas primus Warinus habenas
Rexit, Adellardo quod tribuunt alii:
Ambo qui Caroli Magni ſic forte nepotes
Ex propriæ lumbis inde ſororis erant,
Non ſecus ac plures regalis ſtirpis ibidem
Francigenũ tumulis templa moderna tenent:
Quorum non minimus ſacer eſt Levita Geroldus
Cuiq; adhuc præſens oſſa ſepulta vides.
Hic laus continuis ſonuit divina trecentis
Annis, qui primi tempora floris erant,
Ter centum monachi viſi per templa frequentes
Cocidie ternis concelebrata choris,
Ut nec tranſierit tunc ulla vel hora diei
e. Quin cultu fuerint templa repleta Dei:
Hinc adeo crevit ſtudium divinitus iſtud
Adſuerint ut tunc cœlica ſigna Dei.
Tempore quippe famis ſacra ſub luce ſecunda,
Ritè quaterdenos quæ viget arcta dies,
Quando de Joſeph ſera ſub luce quotannis
Cantio ſacra ſequent hæc revoluta fuit:
Ejus in Ægypto Dominus fuit ipſe miſertus:
Ecce modis miris facta ſtupenda Dei:
Nam bini ſubitò forma præſtante puelli
In medio templi proſiliere choro
Veſtibus angelicis, cœli ac fulgore coruſci
Verſiculum dictum concinuere pium,
Quo facto fratrum pudibundi ſemper ocellis
Subduxere quidem, ac diſperiere cito
Tantus erat ſtudii fervor quoq; tempore eodem
Et tanti precii littera docta fuit,
Doctorum ut numerus fuerit duodenus ibidem
Textus qui populis explicuere ſacros,
Quippe quod hoc uno rantum veguiſſe camenas
In Benedictinis conſter ubiq; Scholis,
Ut ſibi tunc primas merito tribuiſſe putarit,
Palmam ac præ reliquis præripuiſſe ſacram,
Unde domi Deus arq; foris benedixit eidem
Seu tu ſacra velis, ſivè prophana putes.
Miràclum porro cupiens audire ſecundum
Infra ſcripta bona mente notare velis.
f. Ipſo namq; die ſacro tibi Vite ſacratæ
Sunt ſolici cervi ſponte venire duo,
Equibus unus erat captus ſaltem atq; retentus,
Alter ſed liber miſſus abire fuit:
Idq; fuit factum porta cognomine noto
Cervorum quæ hinc porta vocata fuit,
Quæ lapidum duro nunc eſt munimine clauſa,
Antiquam faciem ac inde referre nequit.
Sic genus eſt piſcis magni, cui ſturio nomen,
Hinc precii magni quod reputatur idem,
Cujus & huc bini præſcripto tempore ſancti
Patroni piſces applicuere duo:
Ex illis unus ſimili quoq; lege retentus
Dimiſſo ſocio relligione loci.
g. Serum at horrificam miràclum quisq; putavit,
Tempore primævo quod locus ille tulit,

a. *Notatio nomini e manuſcriptis repetita.* b. *Ludovicus pius Imperator fundator Monaſterii Corbejenſis.* c. *S Stephanus protomartir primus Patronus Eccleſiæ Corbejenſis,* d. *S. VVarinus I. Abbas Monaſterii,* e. *1. Miraculum primæva Eccleſia Corbeiſſi.* f. *2dum Miraculum prima Eccleſiæ Corbeiſſi.* g. *3tium Miraculum.*

Nam ſub cujusvis morituri tempore fratris
Portentum triduo tale prævit ibi.
Lilii enim patuli folium de parte coronæ
Ætatæ medium, quæ fuit ante chorum
Deprehenſum fratris morituri in ſede chorali
Quod ſignum mortis certius ejus erat:
Quo viſo frater trepido ſe corde paravit
Perdurum rigidæ mortis adire viam
Diſponens propriæ domus ipſa negotia primum,
Tum reddens animum mente nitente Deo.
Aſt hæc duraruntſaltem miracula ſuperna
Dum ſteterit illæſa virginitate locus.
Elapſos etenim poſt annos forte trecentos
Præpoſitum quendam ſecla tulere malum,
Is fuit elatus cordisque tumore ſuperbus
Usq; adeo aſt Sathanas pungeret arte virum,
Inſtinctu cujus binos de more puellos,
Verſus dum canerent annua ſacra ſui,
Hinc fuit aggreſſus verbis ac voce nefanda,
Quod blaſphemanti non licuiſſe palam eſt,
Eſſent ut qoinam fœde, rogitarit, & unde
Veniſſent Sathanæ non ſine fraude mali,
Angelici juvenes cui tunc ſe voce viciſſim
Aperuere ſua cœlitus inde pia:
En nos præfuimus cuſtodes ritè trecentis
Annis, huicce loco cœnobioqs ſacro,
Sed propter faſtum rigidum mentisque tumorem
Huncce tuæ poſthac hinc fugiemus eum.
Sicut & hoc factum progreſſu temporis eſſe
Continuo annales edocuere pii.
Verum cum ſacri celebris proceſſio templi
Illic haberetur more perenne patrum
Huncce virum Sathanas ingentis pondere ſaxi
Obruit occidens non ſinè labe gravi,
Cujus adhuc remanent ſaxi veſtigia ibidem
Illius ut quemvis tutpis imago docet.
Unguibus hoc etenim Stygius ſic ſponte notavit
Hoſtis ut ipſius ſigna forata getat,
Hinc igitur diſcat quivis non altius æquo
Jam ſapere inquirens abdita quæq; Dei
Nec ratione ſua divini numinis altas
Vites diſcutiat dimetiendo levi,
Imò capti vam ſubitò ſic ſubdat eandem
Ritè creatori morigerando ſuo.
Porro peccato juvenilis io ordine fratris
Ultima ceſſarunt ſigna ſuperna Dei,
Qocis Pater altitonans mortem tribus ante diebus
Prædixit fratri, qui moriturus erat.
Quippe quod hic juvenis Sathana ſubductus ab hoſte
Tentarit ſummum ludere mente Deum,
Lilii ibi folium patuli dum forſitan iſtud
Offendit propria ſede locale ſua,
Aufert & tacitus ſenioris ſede reponit
Declinare Dei fata tremenda volens:
Quo viſo ſeniot tanus trepidante rimore
Perculſus morbum contahit inde gravem.
Sed pater Æthereus retinens immobile fatum
Ira commotus vindicat hocce ſcelus.
Nam juvenis nequam lapſis tribus inde diebus
Ipſe repentina morte peremptus obit;
At ſenior contra revaleſcens corpore toto
Roboris hinc recipit priſtina penſa ſui.
Unde ferunt veteres quod poſt ea tempora tale
Signum ceſſarit nempe volente Deo,
Qui nihil admiſſum ſolet inde relinquere inultum
Contra divini numinis acta ſui:
Sicut & alterius generis miracula cuncta
Peccato fratrum ſic periiſſe patet,
Non ſecus ac ævi deperdita ſecula noſtri
Probus dolor & tales ſæpe tulere viros,
Qui nihil ad Rhombum reputant miracula quævis
Chriſtiadum fidei perrinuiſſe leves:
Scilicet hi fidei Doctores quippe novellæ
Illius nusquam ſigna ſuperna probant,
Ut nec ii valeant, ſi quicquam dicere fas eſt,
Claudum ſanando reddere ſigna canem,
Ut non immerito fidei miracula ſpernant,
Quæ fieri turpi Dæmonis arte vocant,
Ut vero noſtrum tandem redeamus ad actum
Suſcepti ſcripti paoca notanda manent,
Nam licet ex aliis Abbatis nomina primi
Semper Adellardus conſtet habere pia,
Qui quoq; V Varini fratet Germanus ubivis
Fertur! cæſareo & Stemmate uterq; ſatos:
Attamen ille prior merito V Varinus habetur
Abbas Cœnobii ſorte ferente ſacri,
Frater Addellardus quamvis fundamina prima
Jecerit hanc ſacraot ritè locando domum:
Quippe quod hinc prius fatali morte peremptus
Extiterit, quam tunc templa ſacrata Deo,
Ut non immerito primæ tradantur habenæ
V Varino primi præſulis inde loco.
Sunt adhuc alii numerant hic forte ſecundum
Nomine Adellardum non ſine judicio:
Qui fuit à primo Gallorum ductus ab oris
Corbeja ex veteri, quæ aurea dicta fuit,
Fertur & in nemotis Solling fundamina prima
Ad tempus Clauſtri vana locaſſe Pii,
Aſt ambo fruſtra primorum ſede relati
Abbatum primas obtinuiſſe vires:
Cum citius fuerit tunc morte peremptus uterque,
Quam vel Cœnobii recta factata forent,
Tempora quo primom rectè Signatus habetur
Abbas V Varinus laudis honore prior.
Hioc nepos Caroli Magni de Ventre ſororis,
Filii ad iſtius tunc amicinus erat
Inviſens Gallos magna comitante caterva
Nobilium Regis Caſtra ſequenda pii.
Qui ſibi relliquias Viti ſanctiſſimi ibidem
Hæc Martyris interea pignora ſacra dedit,
Hæc ſecum ſtudio Corbejam detulit almam
Sacro deponens hinc veneranda loco,
Ut nunc præcipuus clauſtro Patronus eidem
Præſit præſidio nempe tuendo ſuo,
Atq; tulit tandem progreſſu temporis iſtic
Innumeros fructus moltiplicante Deo,
Ut veluti Trojanus equus locue iſte patatus
Extiterit prodens germina multa virûm,
Quo varii fuerint rectores ſæpe nutriti
Latas terrarum qui tenuere plagas.
Nam Bremis, Nemetom ſimulac Eccleſia Spira
Hinc ſibi Rectores arripuere bonos,
Hinc Osnaborgum, Hildeſia & Padeborna celebris
Deniq; præſulibus coodecorata ſuis.

DARGUNIUM.

VUlgo *Dargun* in Pomerania Ducatu Zwerinenſi Dobrani filia, Regulæ Benedictinæ Reformationis Ciſtercienſis, fundatum à Catholicis loci Principibus 1172. reſtauratum & dotatum anno 1209. Sed poſtea rurſum exſpoliatum & annullatum,

DORRA.

DORRANUM.

In Urbe Ducatus Mechlenburgici, filia Amelongesbornæ ampliſſimum olim Monaſterium, quod anno 1170. fundare cœpit Pribislaus II. Herulorum Princeps inſtinctu B. Beroonis Megapolenſis Epiſcopi Wandalorum Apoſtoli. Fundatoris ibidem Epitaphium ſequens legitur

Hic jacet Pribislaus DEI Gratia, Herulorum VVagriorum Circipenorum, Polamborum, Obodritarum Kyſinorum VVandalorumq; Rex &c.

Sepulti ibidem præter conjuges duas Fundatoris, Duces diverſi Megapolenſes aliique, quorum pietatem poſteri deritui habuere, fundationes everſére.

DOESTANUM.

Juxta Brugas in Comitatu Flandriæ Cœnobium fundatum anno 1175. alias Thoſanum appellatum. Hoc poſt introductos novos in Belgium Epiſcopatus, incorporatum fuit menſæ Epiſcopali Brugenſi. Poſtmodum denuo ex conventione tanquam filia, Dunenſi Monaſterio reſtitutum.

EBERBACUM.

Secundo à Moguntia lapide in Rhingovs ab Adelberto Semore Archi-Epiſcopo Moguntino An Chriſti 1131. aliis 33. qui ibidem anno 1137. ſepeleri elegit & conditus eſt. Abbates ſequentes loco præfuere:

1. Ruthardus præfuit ſanctiſſimè annis 32. obiitq; 19. Cal. Sept. An. 1163.
2. Arnoldus ex clara Valle aſſumptus, præfuit annis 24. obiit ao. 1187.
3. Gerardus, natione Burgundus vir præſtantiſſimus præfuit annis 14.
4. Theobaldus miræ abſtinentiæ & diſciplinæ obiit 1215. 24. Novembr.
5. Conradus I. & ipſe Religioſiſſimus, præfuit annis 13. obiit 1226.
6. Raymundus doctus & religioſus utiliter præfuit annis 23. obiit 1149.
7. VVernherus, aliis VValtherus præfuit aonis 4. cum dimidio obiit 1254.
8. Ricolphus ad clavum laudabiliter ſedit annis 38. obiitq; anno 1282.
9. Joannes I. obiit 1309.
10. Petrus præfuit anoos 20. obiit 1329.
11. VVilhelmus obiit An 1346.
12. Nicolaus I. vita exceſſit An. 1354.
13. Henricus præfuit annis 15.
14. Conradus II. obiit anno 1371.
15. Jacobus Altovillanus Univerſitatis olim Pariſienſis decus præfuit An. 22 obiit 1393.
16. Nicolaus Boppardienſis præfuit 14. obiit 1407.
17. Arnoldus obiit 1436.
18. Nicolaus III. obiit anno 1442.
19. Tilmannus mortuus anno 1456.
20. Richuinus Horichius obiit 1471.
21. Joan. de Genſsheim obiit An. 1475.
22. Joan. III. Priſcæ Virtutis obiit 1485.
23. Joan. IV. de Rudesheim doctus obiit 1499.
24. Martinus Riffling obiit 1506.
25. Nicolaus IV. laudatus, obiit 1527.
26. Laurentius obiit 1535.
27. VVendelinus paulo poſt mortuus 1535.
28. Carolus Pfeffer deſideratiſſimus, obiit 1539.
29. Joan V. & ipſe charus obiit 1541.
30. Andreas Boppart. obiit 1553.
31. Pallas Spirenſis obiit 1554.
32. Daniel Bingenſis reſignat ultro 1565.
33. Joan. Monreal, obiit 1571.
34. Philippus Sommer valde religioſus & modeſtus, vita exceſſit An. 1600.
35. Valentious Molitor obiit 1618.
36. Leonardus Klunckhart obiit 1632.
37 Joan. Nicolaus VVeinbach.

EUSSERTHALENSE.

Diœceſeos Spirenſis Nobile Cœnobium fundatum anno 1149. deducta Monachorum colonia ex Monaſterio Villarienſi. Præfuit noſtra ætate R. D Petrus VVilhelmus ex Lucella poſtulatus, totius Familiæ Ciſtercienſis per Imperium Commiſſarius Generalis, vir perenni memoria dignißimus, longè latèq; celebratus.

FONS SALUTIS.

Vulgo Heilsbrunn in Ducatu Franconiæ, Diœceſi Bambergenſi ad amnem Schwabachium magnificentiſſimum Benedictinæ Regulæ Reformationis Ciſtercienſis Cœnobium fundarunt à S. Othone Bambergenſi Epiſcopo, iemq; à Rapatone & Conrado Comitibus ab Abenbergh, eorumq; uxoribus Mechtilde & Sophia. Abbates ſubjungimus.

1. Rapatho Comes ab Abenberg, vir ſanctitatis titulo celeberrimus 1132.
2. Nicolaus.
3. Conradus.
4. Arnoldus.
5. Albertus.
6. VVernherus.
7. VValtherus.
8. Udalricus.
9. Edelwinus.
10. Otrho.
11. Fridericus.
12. Rudolphus.
13. Henricus obiit 1317.
14. Conradus à Brudelsheim eruditione & ſcriptis clarus obiit An. 1321.
15. Conradus Suſſianus, obiit 1321.
16. Joannes præfuit 7. obiit 1345.
17. Fridericus de Hiſchlach obiit 1370.
18. Gotfridus exauctoratur, 1378.
19. Arnoldus obiit 1386.
20. Bertholdus Stromer obiit 1413.
21. Arnoldus obiit An. 1428.
22. Udalricus obiit An. 1463.
23. Petrus VVegelin SS. Theol. D. obiit 1479.
24. Conradus Haunoldt obiit 1498.
25. Sebaldus Bamberger Sacræ Paginæ Doctor & Profeſſor obiit 1518.
26. Joannes VVenck egregius Oeconomus, reſignavit ultro An 1529.
27. Joannes Schopperus Mœcenas literatorum obiit An. 1542.
28. Sebaſtianus Hamaxurgus à Religione defecit.
29. Georgius Greulich electus Ao 1545.
30. Joannes VVirſingus electus An.

GEMI

GEMIELNICUM.

Ducatus Sileſiæ, Diœceſeos Uratislaviensis, ſupra memoratæ Reformationis Cœnobium Anno 1280. à Ducibus Opolienſibus fundatum, ab hoſtibus Eccleſiæ vaſtatum vix paucis hodie ſufficit alendis Religioſis.

GERCKA.

Vulgo *Gergens Clooſter*, filia Clâri Campi, ſitum in Friſia Monaſterium initium habuit anno 1240. à Gerkone viro potente, ſed ſucceſſores non habente conditum & cognominatum.

GREVENBROICH.

Ducatus Juliacenſis Cœnobium, fundatum ab VValramo Comite de Broich & Keſſel, ad honorem B. M. V. S. VVilhelmi & S. Catharinæ, primitus Ord. VVilhelmitarum poſtea Ciſtercienſium.

GRISSOVIENSE.

Ducatus Sileſiæ, Diœceſeos Uratislaviensis celebre Monaſterium fundatum anno Chriſti 1292. à Boleslao Sileſiæ Suidnicenſis Duce, & Domino Fürſtenbergenſi. Abbatum loci ſeriem ex ordine ſubjicimus:

1. Theodoricus à Boleslao Fundatore ex Henrichshofen poſtulatus & introductus 1292. præfuit utiliter annis ſex.
2. Henricus ſub cujus regimine obiit Fundator An. 1304. ante Presbyterium ſepultus. Henricus præfuit annis 5. & medio.
3. Nicolaus, poſt 7. annos reſignat.
4. Henricus II. præfuit annis 22.
5. Nicolaus II. Schönberg oppidum & plures villas emit, præfuit annis 20. ipſo ſedente fulmen in horis Matutinis omnes proſtravit. Solo tamen cellario inde mortuo, cæteris convaleſcentibus.
6. Helvicus præfuit 5. annis.
7. Henricus III. ſedit ſolum triennium.
8. Nicolaus III. Keſtner præfuit An. 14.
9. Henricus IV. Probſthain. præfuit An. 9.
10. Joan. Paumſchabe.

GRUNHAIMIUM.

Aliis Gruenehagen Reformationis ejusdem in provincia & Diœceſi Misnenſi Cœnobium, fundatum eſt anno Chriſti 1238. ab Henrico Marchione Misniæ & Luſatiæ, Landtgravio primo Thuringiæ è ſua familia, qui & cum conjuge ſua Conſtantia Leopoldi Auſtriæ Ducis filia, hic eſt ſepultus. Huſſitæ An. 1427. locum miſerè devaſtarunt. Noſtra ætate præfuit ibidem rebus angelicis R. D. Bartholomæus Pfugius.

HETNA al. HEGENA.

Olim *Aulesburg* Monaſterium Haſſiæ in Diœceſi Moguntina, filia Veteris Montis quinq; circiter leucis ab Epiſcopali urbe Marpurgo Haſſiæ Metropoli fundatum à Poppone ejusq; uxore Betha, Comitibus de Richenbah, ſub annum Chriſti 1140. Fuit hoc olim Monaſterium Haſſiæ Landtgraviorum Mauſolæum, hodie panarium, in quo alios inter ſanctitatis opinione celebres numini fidelissimè ſervivit B. Conradus Monachus & Archigrammateus, ex Illuſtriſſimo Baronum ſanguine prognatus, virtutum gloria conſpicuus.

HARDENHUSIUM.

Veteris Campi filia, Monaſterium VVeſtphaliæ in Diœceſi Paderbornenſi fundatum An. 1140. à Bernardo ab Ozede Paderbornenſi Epiſcopo. Qui An. 1159. mortalitatis exuvias ibidem recondi voluit.

HENRICHOVIUM.

Inſigne Ducatus Sileſiæ Diœceſeos Uratislaviensis Aſceterium Regulæ S. P. Benedicti Reformat. Ciſt. fundatum anno 1221. à Nicolao Vratislaviensis Eccleſiæ Cathedrali Canonico Henrici Barbati Sileſiæ Ducis Cancellario, ejusdem poſtea loci Monacho, parvo milliari ab oppido Münſterberg diſſitum. Quod uſq; ſepties Huſſitarum rabies, & noſtræ etiam ætatis Suecica tempeſtas exuſſit, ſemper ſingulari DEI gratia è ſuis cineribus reſuſcitatum.

HIDDEZEENSE.

Ex Heydenzeense in Inſula Rugiæ Diœceſi Swerinensi Cœnobium fundatum fuit ſub annum Chriſti milleſimum ducenteſimum nonageſimum ſeptimum, per illius inſulæ Principem VVitzlaum III. qui fidem Chriſtianam in Livonia æternos cum gloria & merito propagavit. Ac demum in Norvegiâ An. Salutis 1303. in Domino requievit.

HEUSDANUM.

Alias Coronæ B. M. V. juxta Heuſden in finibus Brabantiæ & Hollandiæ, Diœceſeos Sylvæducenſis Cœnobium, fundatum An. 1382. à Mechtilde Domina de Riedt, loci fundum donante Alberto Bavaro Hollandiæ Comite, poſtea inundatione aquarum everſum extincto titulo Abbatiali in Prioratum redactum fuit. De hoc ita Joan. Bapt. Grammaye in ſua Taxandria, Mechtildis de Riedt, Heberni militis vidua, eademq; fundatrix Capituli Heusdani in vico de Heesbeen, monialibus ex Cœnobio Trajectenſi Ten Dael vocatis, locum novæ plantationi inducendæ conceſſit, ab eoq; Virginum Cœnobio fons & origo eſt virilis Abbatiæ per VVilhelmum de Cronenburg militem Caſtellanum Heusdenſem in Vrbem translatæ, primis Monachorum è Campenſi circa Geldriam Cœnobio accerſitis. Ita Grammaius. Abbatum Catalogum ſubjicimus:

1. Guilelmus de VViſſe Campenſis Aſcera, egregius & conſtans peculii ſacri contra hæredes Fundatorum defenſor.
2. VVernherus Saxo promotor Geroniocomii 12. pauperculorum in Vrbe Heusdana fundati.
3. Thomas de Geldria.
4. Joannes de Joch, quo gubernante cum An. 1421. pagi duo ſupra ſeptuaginta prope Dordracum aquarum inundatione periiſſet, diminutis maxima ex parte Cœnobii redditibus, ipſoq; non modice abſorpto, Abbatis titulo reſignato, paſſus eſt ex Abbatia Prioratum confici.

5. Joan-

5. Joannes Martini primus Prior regularis disciplinæ maximus Zelator.
6. Everhardus de Goch claruit sub annum Christi 1440.
7. Cornelius Nicolai à Velde.
8. Joannes Theodorici.
9. Lambertus de Gorichem.
10. Franco de Langel.
11. Lud. de Roseval.
12. N. de Schoe professus Villarii Monialium de Musen Mechliniæ Confessarius.

INGELSZELLENSE.

Tribus infra Patavium milliaribus in dextra Danubii ripa Cœnobium, quod anno Christi 1291. fundavit Bernardus de Prambach Passaviensis Episcopus, qui etiam moriens anno 1314. 5. Cal. Aug. omne ioum Patrimonium huic loco legavit.

JORISBERGENSE.

Alias. Mons S. Georgii, diversissimom à Tirolensi ejusdem nominis in Comitatu Tirolensi prope Suazium, situd situm in Thuringia, Diœceseos Moguntinæ Cœnobium, fundatum anno Christi 1141. à Zizzone Comite de Kefferberg, & uxore ejus Gisella de Consensu Henrici & Guntheri filiorum ejus in honorem S. Georgii Martyris & Benedicti Confessoris sub Abbate primo Fundatorum consanguineo B. Everhardo de Alena Comite, huc ex Cœnobio Aldenbergensi cum colonia Monachorum destinato.

ISELSTEINENSE

Diœceseos Ultrajectensis nobile Asceterium, Fundatum anno Christi 1242. in pago Eyteren à Gisliberto Domino ab Iselstein, connitente filio ejusdem Arnoldo, quod postea anno 1494. in præsentem locum de Iselstein transtulit Arnoldus Dominus de Egmont & Iselstein. Hic anno 1509. à morte sepultus.

LANDTSTRAS.

Vulgo etiam Landtrost, aliàs Fons B. M. V. in Carniola, & Diœcesi Gurcensi reformationis Cistercienſis Cœnobium fundatum fuit anno Christi 1230. à Bernardo eo nomine primo Carinthiæ Duce, & Guta ejusdem conjuge Ottohocari Bohemiæ Regis filia. Quorum ibidem filius Bernardus Junior est sepultus.

LUBENSE.

Illustrissimum Silesiæ, Diœceseos Vratislaviensis Benedictini Ordinis Cœnobium anno Domini 1050. à Casimiro Poloniæ Rege fundatum. Qui Ordini S. P. N. Benedictini, quem antea professus Cluniaci fuerat, non ingratus esse volens ejusdem aliquot ex Polonia Monachos, in Silesiam transtulit, & monasterium in loco Lubens exstruxit, ubi Julius Cæsar olim locasse castra scribitur, fanumque Idolorum celebre extitit, cujus usqs hodie vestigia monstrantur. Amplexum id ipsum est, florentissimam tunc Ord Reformationem Cistercienſem anno 1175. est usque hodie primarium in Silesia, ejusqs Abbas Ord. Vicarius Generalis & Visitator summa floret auctoritate.

MARIENFELDT.

VVestphaliæ insigne Monasterium Diœceseos Monasteriensis, filia Hardenhusii, fundatum An. C. 1185. ab Hermanno Episcopo Monasteriensi Comite de Catzenelenbogen.

MARIENRODE.

Aliàs Isenhagense Ducatus Lünæburgensis in Diœcesi Hildesheimensi Asceterium, situm ad Isam fluvium fundatum An 1244. ab Agnete Conradi Marchionis Landspergensis filia vidua Henrici Guelphici Saxoniæ Ducis & Palatini Electoris, filia Cœnobii Riddershusani.

MARIENSTADT.

Fundator Cœnobii hujus in Diœcesi primom Trevirensi structi, fuit Eberhardus Burggravius de Arberg ejusq; Domina conjux Aleydes An. Christi 1215. deductis eò ex Heisterbach cum Abbate Hermanno duodecim Monachis qui cum ibidem incommodius habitarent, post tridui orationem propope Divina extractam, apparente DEipara, & ramum viridem albæ spinæ (Hagendorn) manu præferente, signumq; esse novi condendi Cœnobii jubente, is deniq; ramus, is deniq; virentissimus, Februario mense inter prata frigore rigentia inventus est, novumq; Monasterium ibidem conditum secundarios Fondatores agentibus, Domina Guda de Gryffenstein, & Henrico Comite de Seyn. An. C. 1227. annuente precibus eorum ut transferri posset Theodorico Trevirorum Archi Episcopo, in Diœcesem Colonienſem, loco dein plurimum conferente Henrico Archi-Episcopo Colonienſi nato Comite de Virnenburgk, qui illud solemnissime consecravit.

MARIENVVALDT.

Filia Bonenbroich, Monasterium B. M. V. in Eiffia fundatum est An. 1480. usq; hodie pietate & disciplina commendabile, ornatum basilica elegantissima, duodecim altarium, præclarissimo opere fenestrarũ vitrearum, cui nostra ætate præfuit Prioris titulo R. D. Bertramus Polemius.

MARIENVVERDT.

Filia Hardenhusii, Monasterium Ducatus Mechelburgici fundatum An. 1244. à Barnimo IV. Pomeraniæ Duce, hodie à posteritate ejusdem in profanos usus conversum.

MOLINENSE.

Ducatus Namurcensis illustrissimom, Bovinium inter & VValciodorum haud longè à Mosæ ripa Monasterium, initia habuit An. 1233. sacris primum Virgioibus inhabitatum, viris postea Martino V. summo Pontifice annuente concessum An. 1429. Abbates sequentes habuit:

1. Joannes de Lavia postulatus ex Alna ob. 1420.
2. Joannes Penno ob. 1430.
3. VValtherus de Migrode obiit 1438.
4. Petrus de Amsterdam obiit 1464.
5. Joan. Girelinus Philippi Hispan. Regis Confessarius & Consil. obiit 1483.
6. Nicolaus Neumaere à pietate plurimum commendatus, obiit 1498.
7. Joannes Bleria obiit 1512.
8. Joan. Rolandi vir doctus obiit 1523.

9. Toſſanus de Quercu, ab Aicken felix Oeconomus obiit an. 1530.
10. Petrus Boutre obiit An. 1534.
11. Petrus de Flandria reſtaurator Monaſterii meritiſſimus obiit Ao. 1556.
12. Simon Columbanus Eccleſiam inſigniter reſtituit & ornavit obiit 1558.
13. Nicolaus Tibualt vir pius obiit 1561.
14. Lambertus Priol obiit 1572.
15. Jacobus de Glimes obiit 1594.
16. Petrus de Royer obiit an. 1608.
17. Matthias d' Or verè aureus obiit 1621.
18. Nicolaos Sommalius. Quis hodie præſideat ignoramus.

MONICKENDAMUM.

Diœceſeos Ultrajectenſis Cœnobium, alias Gallilæa Minor appellatum, fundatum fuit An. Chriſti 1465. filia VVaarmundæ ſub Monaſterio Campenſi.

MUNCKEN-NEUBURG.

Benedictini Ordinis celebre Aſceterium anno Chriſti 1014. à Gerone Magdeburgenſi Archi-Epiſcopo fundatum in honorem B M V. & S. Cypriani Mart. conferente locupletiſſimè ad fundationem Symbolas Geronis ejusdem fratre Thiedmaro Marchione, quod cum tempore omen Reformationi Ciſtercienſi dedit.

NEPOMUZIUM.

Alias Nepomungum Regni Bohemiæ in Diœceſi Pragenſi Cœnobium fundatum anno 1146. aſſumptis primis ex Cœnobio Franconiæ Ebracenſi Abbate & Monachis. Ex hoc Monaſterio extractus fuit ad Olomucenſem in Moravia Epiſcopalem Cathedram Robertus natione Anglicus in Ordine Epiſcoporum quintus decimus de Eccleſia ſua optime meritus.

NEVVENBURG.

Filia Bellæ Vallis de linea Morimuodi, Monaſterium Alſatiæ Diœceſeos Argentinenſis, fundatum prope Hagenoam An. Chriſti 1128. à Rainaldo Comite de Lenzburg & à Friderico cognomento Cœlite Friderici Barbaroſſæ Imp. Aug. patre, Duce Sueviæ, in quo multi Principes ſepulturam elegêre.

NEVVENBERG.

Diœceſeos Patavienſis celebre in Styria Cœnobium, filia S. Crucis in Auſtria fundatur ſub annum Chriſti 1327. ab Othone Auſtriæ & Styriæ Duce qui An. 1345. mortalitatem exuens, ibi ſepultus fuit cum utraq; coojuge ſua Eliſabetha Stephani Ducis Bavariæ filia, & Anna Caroli IV. cæſaris ſorore. Abbates ex ordine recenſemus:

1. Henricus Spanhalb poſtulatus è S. Cruce præfuit annis ſex.
2. Simon de Bolderſtorff præſuit annis 40.
3. Henricus II. præfuit annis 15.
4. Jacobus præfuis annis 9.
5. Erardus Krakauwer præfuit 14.
6. Chriſtianus de Polan utilis anois 7.
7. Sigiſmundus vir optius annis 10.
8. Paulus de Vienna 18. annis.
9. Joannes de Tulu annis 8. obiit 1453.
10. Auguſtinus Geretner annis 16.
11. Nicolaus Ziendorffer annis 2.
12. Bartholomæus Dtemel obiit 1492. præſedit utiliter anois 22.
13. Caſparus Creuzer ab Ebenfuert annis quatuor.
14. Colmannus obiit 1504.
15. VVolffgangus Rotſtorffer annis 8.
16. Oſwaldus Staindt annis 18.
17. Martinus Heugg præfuit An. 12.
18. Leonardus de Bavaria annis 2.
19. Ambroſius de Myrzuſchlag An. 4.
20. Cantianus Heidt annis 7. præfuit.
21. Joan II. Schauer 10. vel 11. menſibus.
22. Joannes III. Krecht annis undecim.
23. Caſpar Maſculus annis 8.
24. Conradus Feindler bene præfuit 8. An.
25. Georgius Remer annis 6.
26. Gregorius Planck vir præſtans An. 7
27. Thomas Schmoll electus anno 1591. mortuus Ao. 1600.
28. Caſpar Seemiller An. 17. obiit 1618.
29. Balthaſar Fabricius annis 4.
30. Adamus Knörr annis 3. præfuit.
31. Balthaſar Huobmann.

NOVA-CELLA.

Diœceſeos Miſnenſis in Lutatia Cœnobium, cujus prima Fundamenta jecit anno 1240. Henricus Marchio Miſniæ & Lutatiæ idem primus ſuæ familiæ Thuringiæ Landgravius, qui anno Domini 1288. mortalitatis exuvias hic poſuit, hic ſepultus cum uxore Conſtantia Leopoldi Archi-Ducis Auſtriæ filia. Monaſterium hoc miſerè devaſtatuot Huſſitæ An. 1427.

OLDE-ZELLENSE.

Filia Portenſis Cœnobii in Saxonia, Monaſterium celebre olim, & Mauſolæo communi Saxoniæ Principum inſigne, fundatum An. C. 1175. ab Outhone cognomento Magno Miſniæ Marchione, juxta fluvium Muldam in Diœceſi Minenſi, qui etiam anno Sanctis 1189. defunctus, ibidem honorificè eſt conditus Hujus inter Abbates Cœnobii fuit Paulus Annicola, qui An 1530. floruit, multis contra Lutherum editis ingenii monimentis clariſſimus.

OSSECKUM.

Celebre quondam Bohemia juxta Liromeritzium oppidum ſub caſtro Rotenberg Monaſterium, Martyrio illuſtre multo numero Aſcetarum anno Chriſti 1421 ab Huſſitis interfectorum, fundatum anno 1207. menſæ aliquamdiu Archi Epiſcopi Pragenſis conceſſum, noſtra ætate beneficio S. C. M. ipſiusq; Celſiſſimi Principis Archi-Epiſcopi & S. R. E. Cardinalis ab Harrach Ordini reddituum. Fundatorem olim habuit Zlauconem Comitem Belinenſem; approbante fundationem Ottocaro Rege Bohemiæ ut ex Diplomate liquet de Anno 1207.

OSLAVENSE.

Sive Oslavanum in Marchionatu Moraviæ Diœceſi Uratislavienſi Virginum Cœnobium à vicino pago ſic cognominatum, hodie penitus deſolatum, cineres ſuos cælis queritur.

OTTER.

OTTERBURGUM.

Eberbaci filia insigne olim Palatinatus in Diœcesi Moguntina Cœnobium, cujus Fundator extitit An. 1145. Silacus sive Sifridus Bebonis Comitis Kesselburgici & N. Comitissæ Hillermontanæ filius ibidem à morte sepultus, qui Castrum suum Ottenburgum pleno jure Ruthardo Abbati Ebersbacensi in prætenria Archi Episcopi Moguntini, ut in Monasterium verteret tradidit, Verum cum postea locum ob incommoditatem mutare statuissent, S. Hildegardis Abbatissa obstitit, & ut subsisterent persuasit. crevitq; paulo post tantis successibus Monasterii splendor & felicitas, ut deinceps inter spectatissima Ordinis haberetur, donec superiori sæculo Calvinismo Princeps sese addiceret, ejusq; licentia & hoc & omnia Monasteria everterent, DEOq; dicata sua facerent.

BANTHENSE.

Banth, quod vulgò Bantz nuncupatur, Castrum ætate à Gentilibus exædificatum, novem turribus communitum, Principalis Comitum Banthensium sedes, quod postmodum per Matrimonii contractionem in jus Ditionemq; Marchionum de Vohebuig cessit: Etenim cum Hermannus ex petillustri Marchionum Voheburgensium familiâ otiundus, Alberadam Comitissam à Banth in Matrimonium duxisset, totum hoc Castrum cum omnibus ad id pertinentibus Domum Domino in honorem Principis Apostolorum Petri, & pretiosissimi Martyris Dionysii Monachis sub instituto S. P. Benedicti degentibus strexerunt An. C. 1069. quo Anno illustrem hanc fundationem ratam habuit & confirmavit Adelberto Episcopus VViceburgensis, regnante Ecclesiam Romanam Alexandro secundo, Imperium Romanum, Henrico quarto. Quod injuriâ temporum ferè extinctum jacuisset, nisi Restauratorem fortium fuisset liberalissimum scilicet S. Ottonem ex illustri Andecensium familiâ, Episcopum Bambergensium & Pomeranorum Apostolum, qui An. 1114. Monasterium hoc testauravit, & quasi de novo fundavit. Habuit hoc Monasterium ad hæc nostra usq; tempora continuâ serie Abbates tam generis nobilitate, quam animi generositate & Religione viros conspicuos, quorum nomina (gestis singulorum brevitatis studio, ubi haberi potuerunt, prætermissis) huc adscribere voluimus.

Catalogus Abbatum Banthensium.

1. COnradus hujus nominis primus constituitur Abbas An. 1071. hujus genus & stemma, sicut & reliquorum (quorum stemmata non exprimuntur, omnes autem, exceptis paucis, genere nobiles fuisse certum est) penitus ignoratur, sed hoc laudis ei tribuit Dinnerus J.C. in sua descriptione Banthensi:

Conradus Custos rerum & tutela sacrarum,
Abbas quo rectè non observantior alter,
Nec pietate prior.

Notandum hic, mortuo Abbate bis senis Fratribus peste peremptis, quæ grassabatur, & extincta paulò ante Fundatrice Albradâ, tanquam firmissimâ sublatâ columnâ totum ædificium quasi in nihilum recidere visum est; nam Comes quidam Rappeno nomine de VVolfeswack omnium post homines natos Mortalium maximè ferox, temerario ausu cum complicibus suis Monasterium invasit, res sacras juxta ac profanas, mobiles & immobiles sacrilegâ manu diripuit, omniaq; prædia cum villis circumquaque penitus devastavit, atque in tam miserabili statu jacuit usq; ad tempora S. Ottonis, uti supra de fundatione.

2. Balduinus ex Bavariæ Monasterio Privingen à S. Ottone Episcopo Bambergensi accitus An. 1127. Vir raris dotibus illustris, sub quo numerus Fratrum ibidem degentium in tantum crescere cœpit, ut quadraginta Cœnobitas honestæ & inculpatæ vitæ post se præfatus reliquerit.
3. Bertholdus eligitur Anno 1131. cujus cura quo magis piè & sanctè omnes occupabat vivere, eò plus persecutionis patiebatur à Nobilibus, qui dominandi libidine in Bantho illud ferro, flammis, rapinis miserabiliter vexabant donec Eugenius tertius Pont. Max. suâ authoritate sese interponeret, & de jure profano id vindicaret.
4. Hermannus, Abbas creatur An. 1225. qui ficus variis laboribus fuit actus ob vim sibi factam & decimas inversas, ita fuit recreatus jure & æquitate Episcopi VViceburgensis Hermanni Abbatem cum Monasterio ab iniquo vindicantis.
5. Otto hujus nominis primus An. 1240. successit mitra insignis, eximia pietate ornatus, consilio gravis, rebus in adversis constans: hic Ottonem Ducem Meraniæ & Burgundiæ sò permovit, ut non solum rauifundia restituerent, sed etiam spolia injustè ablata ubere pensatent decima.
6. Albertus, An. 1272. qui ob morum suavitatem Episcopo VVirceburgensi Bertholdo perchatus fuit.
7. Henricus, hujus nominis primus An. 1288. Hic licet genere clarus, tamen sic erat humilis, ut non puduerit eum aiva vetsire ligone: Fuit in dolis altæ, vitæ inculpatæ, vitiorum otor, vir exemplaris & munificus in præstandâ aliis ope.
8. VValtherus, An. 1290. qui dicitur prisca & veteris virtutis imago.
9. Conradus hujus nominis secundus An. 1316. Hic labentem Divi Ægidii Abbatis sacram ædem propè Monasterium Banth testruxit, renovavit, auxit, & aram ex marmore niveo in ea condidit, quam Martis furor successu temporis evertit.
10. Lamprechtus An. 1342.
11. Carolus à Liechtenstein, An. 1355. in rebus agendis providus, mutlis proventibus emptis opes auxit Banthenses. Hic successerunt septem quorum res gestas expunxit oblivio ex Albo victuro.
12. Eberhardus hujus nominis primus, An. 1361.
13. Henricus hujus nominis secundus, An. 1375.
14. Udalricus, An. 1378.
15. Conradus hujus nominis tertius, An. 1385.
16. Joannes hujus nominis primus, An. 1393.
17. Henricus hujus nominis tertius, An. 1397.
18. Joannes hujus nominis secundus, An. 1398.

De his non dubium, quin strenui Religionis fuerant olim Athletæ.

19. Eberhardus à Schaumberg, hujus nominis secundus, An. 1403. Non tamen ulli vel arte vel virtute fuit secundus.
20. Joannes à VValdenfels, hujus nominis tertius An. 1404.

21. Eberhardus à Schaumberg, hujus nom. tertius An. 1411. Hic interfuit Concilio Conſtantienſi tempore Sigiſmundi Imperatoris.

22. Eberhardus à Lichtenſtein huj. nom. quartus. Hic An. 1434. electus 2. die Maii & 25. ejusdem confirmatus eſt, cujus nomen ſat indicat virtutis raræ virũ fuiſſe, cui digni tribuerentur honores.

23. Triſtramus Zuffras gente clarus eqoeſtri, ſed clarior virtutibus, qui ſuperſtite adhuc ſuperiore Abbate homine provectæ ætatis A.C.1472. in Abbatem eſt electus, confirmatus 1473. conſecratus 1474. obiit 1483.

24. Henricus Gros à Trockaw, huj. nom. quartus, electus eſt An.1483. Confirmatus eodem An. 28. Oct. patritis virtutibus fuit celebris Abbas.

25. Joannes Schüz de Hochenbach, hujus nom. quartus, electus An. C. 1505. Sub hoc Abbate eodem anno primò monaſterium domeſtico igne ferè totum, deindè An.1525. ab Oſtro Francorum Agricolis rebellibus expilatum, devaſtatum, & poſtremò conflagratum fuit: Cujus in dubiis caſibus an fuerit conſtantia major? an rerum prudentia? pendet adhuc lis, ob. An.1527.

26. Alexander de Kotenhan electus eſt An. 1529. Cui cura præcipua fuit Scholæ & Bibliothecæ condendæ, totus inſuper miſericordiæ operibus dedinis fuit, pauperes juvare paſcere jejunos, nudos veſtire, ligatos ſolvere, diſcordes ſibi conciliari &c. ſumma ei erat jucunditas. Verè fuit:

Nomine Alexander ſed rerum pondere magnus.

Præfoit annis 24. menſibus octo, diebus octo, cui ante obitum tribus diverſis temporibus in diverſis locis mortem cum clepſydrâ apparuiſſe dicitur, uti vetera adhuc monſtrant monumenta in lapiditus exciſa, ob. verò An 1554. 5. Aprilis.

27. Georgius Truchſes ab Henneberg electus An. 1554. totus diſpar Alexandro.

28. Henricus, hujus nominis quintus Nobilis Alſatiæ à Jeſteten evocatus ex valle Gregoriana ab Epiſcopo Virceburgenſi Julio An. 1574. obiit 1575. 21. Aprilis.

29. Joannes Burcardus Veiſſenburgenſis Noricus, Abbas Schwarzacenſis, & ad S. Stephani Virceburgi Adminiſtrator digniſſimus A 1575. 9. Junii à ſupra commemorato Epiſcopo difficillimo tempore Monaſterio Banthenſi ruinam & interitum minitanti præficitur. Vir ſuũ pietate, ingenio, ſolertiâ, prudentiâ & magnanimitate ſingularis, Banthum ære alieno levavit, pulcherrimis & utiliſſimis ædificiis in & extra Monaſterium, potiſſimum verò templo hoc cum turri à fundamentis haud paucis erecto ſumptibus: Item molam frumentariam ad mœnum, horreum in Monaſterio cum aniguis ſtabulis, officinam cerevifiariã, cellam ſub fœnili, aliq; alia ædificia perplurima extruxit: Eleemoſynam perpetuam pauperibus juris ſubditis in pago Altenbanz diſtribuendam inſtituit. Bonis emptis, redditibus & proventibus non contemnendis feliciter ſuum hoc Monaſterium auxit & cumulavit. Tandem cum annis 22. menſibus 7. diebus 6. huic oneri & honori laboriosiſſimo laodabiliter præfuiſſet obdormivit in Chriſto An. 1598. 26. Januar. ætatis ſuæ 60.

30. Thomas Bach Marckelsheimenſis electus 1598. 5. Martii conſecratus An. 1599. 29. Sept. Anteceſſoris ſui veſtigia ſummâ cum laude preſſit per annos 25. menſes 10. dies 18. obiit An. 1624. 24. Januarii, ætatis ſuæ 65. completo.

31. Caſparus Foukel Elmannenſis electus A. 1624. 3. Febr. confirmatus 15. Mart. Conſecratus 1625. 20. Aprilis. Hic;

Turbida belligers guſtavit tempora Sueci.

Aquo captus plurimis pecuniis rebusq; cæteris pretioſis ſpoliatus, & in exilium ad propugnaculum Regiscurianum tadem deductus, ubi mœrore confectus, cum pridiè ejus annunciaretur liberatio, eâ nocte diem ultimum clauſit An. 1635. 12. Nov. ibidemq; per Georgium Abbatem Bildhotanum ſepultus eſt. Sub hoc ob Martem graſſantem in varias terrarum oras Conventuales diſpergi cœperunt.

32. Georgius Heüslerus Kottingenſi, miſerrimis illis temporibus adminiſtravit Banthum Cellerarius, cui poſtea per breve tempus ut Abbas præfuit, nam eligitur An. 1636. 10. Januar. moriturq; eodem Anno nec confirmatus nec conſecratus 14. Virdignus longiori vitâ.

33. Jodocus V Veit Marckelsheimenſis electus An. 1638. 11. Januar. Confirmatus 8. Febr. ejusdem anni, pius ac doctus Parer, quamvis multis infirmitatibus corporis belliq; injuriis præpeditus, dexterè tamen pro viribus, ut potuit, & providè rexit ea rthum partim per ſe partim per Adminiſtratorem ſuum Michaelem Stürzelium, obiit An 1647. 11 Octobris.

34. Michael Stürzelius Regiscurianus electus in Abbatem An 1648. 26. Maii quamvis turbulentâ Martis tempeſtate, ſic tamen rexit Monaſterium, ut ſucceſſivè in eo diruta per bellum, verè reinnegraverit omnia. Hic ut bonus paſtor gregem augmentavit Dominicum, denuò ad monaſticam Profeſſionem ſuſceptis Religioſis non paucis; hinc Vir in Religionis ſervore, Monaſterii reſtauratione, & virtutum exemplo planè ſingularis communiter audiis ab omnibus. Obiit An, 1664. 20. Februarii.

35. Otto de la bourde Egranus, nominis hujus ſecundus, electus An. 1664. 24. Mart Confirmatus ab Electore Moguntino Joanne Philippo, & Conſecratus 29. Julii eodem Anno, qui moderno hoc tempore Abbatiali regimini ſua dexteritate ità præeſt, ut proſit. Vocatus An. 1671. 3. Aug. ad Auguſtiſſimum Imperatorem Leopoldum, Actualis ejus Conſiliarius conſtituitur, & ad illuſtriſſimam Domum Electoralem Saxonæ Extra - Ordinarius Ablegatus deputatur. Vivat & perennet ſingulare Ordinis & ætatis noſtræ ornamentum!

PLASSENSE.

Illuſtriſſimum Bohemiæ Cœnobium Vladislaus I. Rex Bohemiæ ſecundo ab urbe Pilsnenſi lapide An 1146. condidit, eoq; Monachos cum Abbate ex Lanckheim aſſumpſit. Abbatũ nomina ſubjicimus:

1. Conradus ex Lanckheim aſſumptus.
2. Henricus I.
3. Burghardus.
4. Henricus II.
5. Albertus.
6. Henricus III.
7. Joannes I.
8. Joannes II.
9. Imbrandus.

10. Hen-

10. Henricus IV.
11. Gerlacus.
12. Henricus V. & hi omnes absq; annorum Serie è Necrologio desumpti sunt.
13. Mernerus Abbas 1175.
14. Bartholomæus 1182. Mortis fortè annus.
15. Mernerus II. An. 1190.
16. Mernerus III. 1205.
17. Meragotus 1219.
18. Henricus 1238.
19. Henricus Junior 1251.
20. Gothardus 1263.
21. Gothardus 1269.
22. Henricus 1287.
23. Nicolaus 1290.
24. Henricus 1295.
25. Joennes 1326.
26. Jacobus 1341.
27. Joannes 1351.
28. Nicolaus 1361.
29. Albertus 1372.
30. B Nicolaus Matryrii laureola glorioſus cœlos petit An. 1380.
31. Jacobus 1387.
32. Godefridus 1414.
33. Albertus 1415.
34. Arnoldus 1429.
35. Ægidius 1430.
36. Tylmannus 1448.
37. Frider VVochnar. 1457.
38. Joen Kelcher.
39. Joannes 1470.
40. Adamus 1478.
41. Adam II. 1480.
42. Sebaſtianus 1497.
43. Joan. Greck 1516.
44. Andreas Graff 1519.
45. Leonardus 1521.
46. Bohuslaus 1531. Quo extincto ob temporum iniuries vacat Abbatia.
47. Matthæus Abbas Monaſterium pene abolitum inſigniter reſtaurat. 1556.
48. Laurentius Schioenſis An. 1573.
49. Caſpar Schworten 1582.
50. Ademus VVild Francofurtenſis 1590.
51. Adam Uter Sileſius 1607.
52. Georgius Urer. Hinc poſtulatus Abbas Aulæ Regiæ obiit 1631.
53. Bartholomæus Leibelius 1612.
54. Georgius VVasmuius. Quitempore rebellionis Matthiæ Cæſari fidem induſtriemq; ſuam inſigniter probevit.

PORTA-COELI.

Vulgo Tiſnioviense Moraviæ Cœnobium in Diœceſi Olomucenſi cujus etiamnum amplam Eccleſiam & loca Regularia edhuc integre viginti Moniales cum Abbatiſſa inhabitant. Fundatum primitus fuit An. 1234. à Primislao Moraviæ Marchione & à matre ejus Conſtantia Bohemiæ Regina.

PORTENSE.

Aliud ejusdem nominis Monaſterium, filia VValckenrede fundatum An. 1132. ad fluvium Salam in Saxonie fuit per Brunonem Comitem Plisnenſem & uxorem ejus VVillam in Diœceſi Neumburgenſi, cujus primum Abbatem Vir eximius Albertus fuit, qui in cauſa novelli Cœnobii ſui, memorabili laborum patientia quindecies Romam profectus fuit & multa impetrans, alter quaſi ejus Fundator extitit. Verum hodie tot ſudoribus pro DEi gloria parta, Lutherenſiſmos abſorbuit. Fuit magnus Cœnobii Benefactor Ut Epiſcopus Naumburgenſis.

RAUDENSE.

Sive Rudenſe Ducatus Sileſiæ in Diœceſi Vratislavienſi Aſceterium conditum fuit An. 1252. à VVladislao Duce Opolienſi ejusq; conjuge Suſanna cum conſenſu unanimi filiorum Miskenis, Caſimiri & Bolaslai, Abbate & Monachis primis ex Andriovienſi Poloniæ Monaſterio aſſumptis. Præfuit noſtra ætate huic Cœnobio Rev. D.D. Blaſius Rachwold, Præſul digniſſimus. Cujus tamen anteceſſorum ſeriem habere non potuimus.

REGINÆ MONASTERIUM.

Prope Civitatem Brunenſem in Moravia ſitum hodieq; benè inſtructum & magnificâ Eccleſiâ, & loeis aliis Regularibus. Fundatum fuit An. 1323. ab Eliſabetha Bohemiæ & Poloniæ Reginæ Onekari Regis Daciæ filia, quæ obiit An. 1376. ſepulta in medio Eccleſiæ ante altare S. Crucis. Verſantur in hoc Monaſterio moniales 26. cum ſua Abbatiſſa, cui plurimum favit & benefecit Matthias Ungariæ & Bohemiæ Rex, alter ejusdem Fundator.

REINEVELDENSE.

Fundatum ab Adolpho III. Holſetiæ, Stormariæ & VVegriæ Comite in Holſatie & Diœceſi Lubecenſi An. 1190. Cœnobium, ex Domo DEI, hodie Domus Joachimi Erneſti Principis Holſatiæ factum eſt. Fuit filia Monaſterii Lockenſis.

S. REMIGII.

Monaſterium & Abbatia in Diœceſi Leodienſi prope Rochefort ed Sylvam Arduennam, fundatum fuit ſub A.C 1206 per Ægidium Dominum de Rochefort, qui à morte ibidem ſepulturam elegit.

RIFFENSTEIN.

Diœceſeos Moguntinæ Monaſterium in Thuringie ſitum, & fundatum An. 1162. etſi Fundatoris nomen ignoretur. Primus ejusdem Abbas poſtulatus fuit ex Cœnobio VVolkenrodæ.

SACER-LOCUS.

Alies Sacer Cempus Monaſterium Regni Bohemici, Diœceſeos Pragenſis, in tractu Reginogradecenſi fundatum An. Chriſti 1157. de linea Mortimundi.

SCHALITZIUM.

Bohemiæ ſimiliter Monaſterium in Diœceſi Pragenſi fundatum à Theodorico Magdeburgenſi Archi-Epiſcopo Regni Bohemici Gubernatore An. 1357. approbentibus Innocentio VI. Pont. Max. Cerolo IV. Imp. Aug. & Erneſto Pragenſi Archi-Epiſcopo, cæterum hoc Cœnobium iſta ætate noſtra penitus eſt extinctum.

SCHLIERBACUM.

Diœceſeos Paſſavienſis in Archiducatu Auſtriæ Monaſterium, in finibus Bohemiæ & Comitatu Pragenſi, olim Monialium, hodie virorum Ref. Ciſt. ab Ill. Antonio Cremiphanenſi Epiſcopo poſtea Viennenſi, in mortali cum merito recuperatum & reſtauratum An. Chriſti 1620.

SEISENSTEIN.

Aliàs Gouſtall & Vallis DEI appellatum Cœnobium, fundatum An. 1340. per Eberhardum Dominum de VValdſee vium generoſum & opulentum, Catalogus Abbatum ſequitur:

1. Udalricus fit Abbas anno 1340. obiit 1342.
2. Joannes obiit An. 1346.
3. Hugo modico tempore præfuit.
4. Bartholomæus anno unico obiit 1349.
5. Henricus obiit 1355.
6. Joan II. obiit 1363.
